This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

44. 1204.

# POLYBIANA.

SCRIPSIT

F. H. BOTHE,

D. PHILOS. ET MAG. AA. LL., GRAECAE, LATINAE ET GERMANICAE SOCIETATUM, QUAE SUNT LIPSIAE, JENAE ET BEROLINI, HONORIS GRATIA ADSCRIPTUS.

LIPSIAE,

SUMTIBUS LIBRARIAE HINRICHSIANAE.

MDCCCXLIV.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

VIRO DOCTISSIMO

EIDEMQUE HUMANISSIMO

# ANTONIO WESTERMANNO

LITTERARUM GR. ET ROM. IN ACADEMIA LIPSIENSI PROFESSORI P. O.

HONORIS ET REVERENTIAE CAUSA

D. D.

EDITOR.

# POLYBIANA;

## SIVE ANNOTATIONES AD POLYBII HISTORIARUM LIBROS DECEM PRIORES.

---

### PRAEFATIO.

Quotidie magis intelligo, rem prope infiniti laboris esse emendare veteres scriptores: adeo vel pauci, vel mutili, vel etiam mendis inquinati et parvi pretii sunt plerique codices, in quibus perscripti ad nos pervenerunt. Igitur confugiendum saepe est ad conjecturam criticam, quae cum per se incerta est, tum invidiam experiri solet illorum, qui solos sequendos esse arbitrantur libros, seu superstitione, sive imbecillitate ingenii: nam falli quidem illos, exercitatissimorum in hoc genere virorum judicio constat. Quorum Schweighaeuserus praefatione Polybii ab ipso curati, pag. XLI., quo loco verba facit de veterrimo quodam ejus codice, dudum perdito, ex quo superstes hodie antiquissimum apographon Vaticanum et cetera, quotquot novimus, derivata esse sumit: „Non solum antiquitate," inquit, „venerabile fuerit necesse est illud vetustissimum et commune codicum nostrorum exemplar, verum etiam probitate praestitisse. — Videturque idem vetustus codex passim variantes lectiones, sive ad marginem, sive intra lineas, habuisse adnotatas; unde pars earum varietatum, quae hodie in codicibus nostris reperiuntur, originem duxerint. Sed quemadmodum lacunarum illarum" — dicit autem vacua, quibus hiant libri omnes Polybiani — „contagium ex isto fonte ad reliquos omnes codd. manavit, sic et variae aliae labes, quibus jam infectus idem ille fons fuerat, rivos omnes, qui inde ducti sunt, pervaserunt. *Quo factum est, ut quamvis diversarum familiarum codices, qui ad aetatem nostram pervenerunt, nimis multis tamen in locis in scripturam manifeste corruptam veluti conjuratione quadam consentiant: unde latus etiamnum emendationum ex conjectura tentandarum campus est relictus.*" Sic ille; atqui et unus eruditissimus philologorum fuit Schweighaeuserus, et is, cui tantam, quantam vix alii, copiam librorum Mss. usurpare singulari fortuna contigerit.

Quae cum ita sint, speramus fore, ut post messem quamvis uberem priorum Polybii interpretum tamen haec spicilegia non adspernetur coetus litteratorum propterea, quod, libris, qui nondum excussi fuerint, haud suppetentibus, sola conjectura freti succurrere historico, subinde laboranti, studuimus. Laborat autem communibus istis veterum scriptorum morbis, corruptione verborum et glossematis in ipsum ordinem receptis; quorum morborum ille facilior judicatu est, quippe admonitis lectoribus nunc soloecismo, nunc obscuritate verborum; quod autem attinet ad glossemata, dubites nonnunquam, ubi synonymis illatis videntur *περισσολογεῖν*, sitne culpa ista, si culpa dicenda est, librariorum, an ipsorum ratio scriptorum, abundantiae illi orationis indulgentium. Velut Polybius (ut in hoc potissimum, et uno quidem ejus libro, primo, subsistam) 1, §. 4. dicit *προκαλέσασθαι καὶ παρορμῆσαι*, et 2, §§. 1. et 2., *παραβάλλοιμεν καὶ συγκρίναιμεν, τῆς παραβολῆς καὶ συγκρίσεως, ἀρχὴν καὶ δυναστείαν*, quemadmodum etiam 3, §. 10., *ἀρχῆς καὶ δυναστείας*, et 57, §. 1., *λόγον ἢ πρόνοιαν*, et 66, §. 10., *ἀνέσεως καὶ σχολῆς*, horumque similia inveniat, qui venetur, plurima in ceteris libris, quae speciem quidem prae se ferunt alienae interpretationis, sed etiam a scriptore profecta esse possunt, praesertim Polybio, qui magistri personam solet ferre, historiam docentis, quam vocat, pragmaticam, ab se repertam, ut videri non sine jactantia quadam cupit, et ex suo inprimis libro addiscendam. est autem magistrorum perspicuitati operam dare maximam, proindeque synonymis uti atque *ταυτολογεῖν*, quo melius dicta sua intelligant discipuli et memoria comprehendant. Nihilominus ejusmodi locos notavi in hoc libello, ut advertant lectores, neque cautionem, etiam, ubi nihil est periculi, negligendam aut vituperandam puto, minimeque tum, cum dissensu librorum augetur suspicio, quemadmodum primo istorum locorum, quos commemoravi, *παρακινῆσαι* pro *παρορμῆσαι* legitur in codice Urbinate, unde colligas utrumque verbum esse explicatoris. praetereaque *Est modus in rebus*, quod praecipit magnus dicendi auctor Horatius, nec ferendum, ut triviali more loquatur domi militiaeque comes (Vellej. 1, 13.) Scipionis Africani minoris, viri elegantissimi.

Sed, ne *σῦκον ἐπὶ φακῇ*, ut ajunt, age telam hanc nostram ordiamur.

---

## Annotata critica ad Polybii librum primum.

Cap. 4. §. 1. *Τὸ γὰρ τῆς ἡμετέρας πραγματείας ἴδιον καὶ τὸ θαυμάσιον τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν τοῦτό ἐστιν, ὅτι, καθάπερ ἡ τύχη σχεδὸν ἅπαντα νεύειν τῆς οἰκουμένης πράγματα πρὸς ἓν ἔκλινε μέρος, καὶ πάντα νεύειν ἠνάγκασε πρὸς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν σκοπὸν, οὕτω καὶ διὰ τῆς ἱστορίας ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀγαγεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι τὸν χειρισμὸν τῆς τύχης* etc. Intellexerunt Reiskeus

et Schw. (i. e. Schweighaeuserus), infuscata esse verba *οὕτω — τῆς τύχης*, in quibus subjectum foret *τὴν τύχην*, oratione inepta, cum hic Polybius dicat de *πραγματείᾳ* sive historia sua, quae res Fortunae toto orbe terrarum gestas sub uno conspectu ponat. Igitur manum ejus reponere mihi videor sic scribendo: *οὕτω καὶ δὴ τὴν ἱστορίαν ὑπὸ* etc., cum nemo nesciat, et *δὴ* cum *διὰ* praepositione, et *ν* finale cum *ς* littera saepenumero confusa esse in manuscrip[illegible] — De conjunctione *ὅτι*, sequente infinitivo per anacoluthon, vide, si tanti est, Schweighaeuseri lexicon Polyb. h. v.

*Ibidem, cap. extremo. ἐκ μέντοι γε τῆς ἁπάντων πρὸς ἄλληλα συμπλοκῆς καὶ παραθέσεως, ἔτι δ' ὁμοιότητος κ.* (i. e. *καὶ*) *διαφορᾶς, μόνως ἄν τις ἐφίκοιτο κ. δυνηθείη, κατοπτεύσας, ἅμα κ. τὸ χρήσιμον κ. τὸ τερπνὸν ἐκ τῆς ἱστορίας λαβεῖν.* Deleamus glossema *καὶ δυν.* synonyma sunt *ἐφικνεῖσθαι* et *δύνασθαι*, item *ἐφικτὸν* et *δυνατόν*: v. Schw. lex. Polyb. v. *ἐφικνεῖσθαι.*

C. 5., §. 4. *τοῖς χρόνοις βραχὺ προσαναδραμόντας.* Nulli rei est *πρὸς* in verbo *προσαν.*, nec concedendum Schweighaeusero, hoc idem valere atque illud 1, 12. *ἀναδραμόντες ἔτι τοῖς χρόνοις*, sed ponendum *τοῖς χρ. βραχύ πως ἀναδραμόντας*, et similiter 5, 31. *βραχύ πως ἀναδραμόντες περὶ τῆς Ἀντιόχου κ. Πτολεμαίου βασιλείας*, quemadmodum 2, 14, 1. dixit *ἀναδραμεῖν δὲ τοῖς χρόνοις ἐπὶ τὴν ἀρχήν*, et 2, 37, 7. *περὶ δὲ τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους — ἀναδραμεῖν τοῖς χρόνοις.* hoc autem libro, quem versamus, 12, 8., ubi codd.: *ἐάν που προσανατρέχωμεν τοῖς χρόνοις περὶ τῶν ἐπιφανεστάτων πολιτευμάτων*, videtur verisimile, *πως* adscriptum *τῷ που* explicandi gratia pariter vitium traxisse. nam qua ratione *που* vel *κου* pro *πῶς* vel *κῶς* dixerunt (v. annot. ad Soph. Oed. R. 340, Herodot. 2, 11.), ita etiam *που* et *πως* indifferenter usurpari consentaneum est. Omisit lexicographus Saxo verbum *προσαναδιδράσκειν*, quod nec ipse Schw. habet in lexico Polyb.; sed idem haud notavit *πως* encliticum, vereor ut recte.

C. 6., §. 7. *καὶ τὸ τελευταῖον τάς τε δυνάμεις κ. Πύῤῥον ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Ἰταλίας.* Dure Schw. verba *τάς τε — Πύῤῥον* explicat per figuram, quae vocatur *ἓν διὰ δυοῖν.* scribendum potius *τάς γε δ. κατὰ Πύῤῥον*, i. e. *Πύῤῥου*, modo dicendi satis usitato huic nostro: vid. lex. Polyb. v. *κατὰ*, II, 2. *γὲ* et *τὲ*, itemque *καὶ* et *κατὰ*, permisceri solent in codicibus.

C. 11., §. 14. *ἐπεκράτησε τῶν πολεμίων, κ. κατεδίωξε τοὺς ὑπεναντίους* etc. Nihil opus verbis *τοὺς ὑπ.*, si dixerat *τῶν πολ.*, sed adjectum hoc fuerit ab eo, qui genitivum requiri existimaret, cum Thuc. absolute dixisset *ἐπεκρ.*, ut 5, 69, 9. et alias. Igitur ponamus *ἐπεκρ. καὶ κατ. τ. ὑπ.*, vel, quod malim, *ἐπεκράτησέ τε καὶ* etc. *τὲ* haustum videtur a — *σε* simili, quod antecedit.

C. 14., §. 7. *Διόπερ οὔτε τῶν φίλων κατηγορεῖν, οὔτε τοὺς ἐχθροὺς ἐπαινεῖν ὀκνητέον, οὔτε δὲ τοὺς αὐτούς ποτε μὲν ψέγειν, ποτὲ δὲ ἐγκωμιάζειν εὐλαβητέον.* Scribendum *οὔτε δὴ τοὺς* etc., siquidem inusitatum est, ne dicam soloecum, *οὔτε δέ.* potest quo-

que, ut οὔτε sphalma sit librarii, quod δὲ subjecto emendaverit, quo esset οὐδέ. sic enim solet ista natio: nihil delet, nec punctis semper subscriptis indicat rejecta.

C. 15., §§. 3. et 10. Ἱέρωνα φησὶ, οὗτος φησί. Scribendum Ἱέρωνά φησι, οὗτός φησι. paulo negligentior est Schw. et in hoc genere, et interpunctione.

Ibidem, §. 10. ἐν μέσῃ κειμένην τῇ τῶν Συρακοσίων κ. Καρχηδονίων ἐπαρχίᾳ. Recte codex Flor.: ἐν μέσῳ [illegible]pridem Casaubonus nota: ἐν μέσῳ — τῆς — ἐπαρχίας. Mirum, vulgata, quae inepta sunt, tueri Schweighaeuserum, consensui ceterorum codicum plus justo tribuentem. Tralaticium vero est, ι et ς litteras permutari a scribis. minus saepe η et ω confundunt, de quo cum alii, tum nos in annotatis ad Athenaeum.

C. 17., §. 3. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, θεωροῦντες τὸν μὲν Ἱέρωνα πολέμιον αὐτοῖς γεγονότα, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ὁλοσχερέστερον ἐμπλεκομένους εἰς τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν, ὑπέλαβον βαρυτέρας προσδεῖσθαι παρασκευῆς, δι' ἧς ἀντοφθαλμεῖν δυνήσονται τοῖς πολεμίοις, κ. συνέχειν τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν. Tollamus verba εἰς τὰ κατὰ τὴν Σικ., quae et sponte intelligantur, et magis molesta sunt sequentibus τὰ κατὰ τὴν Σικ.

Ibid., τοὺς μὲν αὐτῶν διέφθειραν, τοὺς δὲ λοιποὺς, ἐπικείμενοι κ. φονεύοντες, συνεδίωξαν εἰς τὴν πόλιν. Glossema videtur φον., quippe synonymum τῷ τοὺς μὲν αὐτῶν διέφθειραν et parum conveniens verbo συνεδίωξαν. nam alia ratio est illorum 19, §. 4. ἐπέκειντο τοῖς πολεμίοις, κ. πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν etc., ubi non est dictum antea de caesis. ἐπικείμενοι, scil. αὐτοῖς. delenda igitur verba καὶ φον.

C. 19., §. 1. Μετὰ δὲ ταῦτα θεωρῶν ὁ προειρημένος ἀνὴρ τοὺς μὲν Ῥωμαίους ὑπό τε τῆς νόσου κ. τῆς ἐνδείας ἀσθενῶς διακειμένους etc. Malim ὑπό τε νόσου, quia nunc primum dicit de morbo isto. addiderint τῆς, quoniam sequitur καὶ τῆς ἐνδείας: sed de inopia expositum in superioribus, itaque usurpandus fuit articulus. similiter in proximis: διὰ τὸ λοιμικὴν εἶναι παρ' αὐτοῖς κατάστασιν, non τὴν λοιμ. κατ.

Ibid., §. 7. τοῦ δ' Ἀννίβου διαπυρσευομένου κ. διαπεμπομένου συνεχῶς ἐκ τῆς πόλεως πρὸς τὸν Ἄννωνα, κ. δηλοῦντος etc. Ab explicatore arbitror esse verba καὶ διαπεμπ., qui gratuito insumsit operam, cum per se nota sit πυρσεία ex 10, 43. — 45., nec obscure dictum πυρσὸν ἆραι et ἀντᾶραι 10, 44., §. 10., et διασαφεῖν διὰ τῶν πυρσῶν 9, 42., §. 7. et sequentis ibi capitis §§. 4. et 6. huc accedit, quod non tam apte obsessi dicuntur διαπέμπεσθαι, viis obstructis, quam διαπυρσεύεσθαι.

C. 22. Caput inprimis memorabile, quod continet descriptionem trochleae seu pontis navalis, cujus frequens usus fuit in bellis Romanorum. v. Car. Haltausii dissertationem, J. C. Jahnii et R. Klotzii novis Annalibus philol. et paedagog. a. 1843., 9. vol. supplem., fasc. 4., insertam, quae inscripta est „Ueber die Enter-

brücken der Römer. Eine Widerlegung u. Berichtigung der darüber herrschenden, von Freinsheim, Folard u. Niebuhr aufgestellten Ansichten u. Erklärungen.“

C. 23., §. 6. *τῶν δὲ συμπλεκομένων σκαφῶν ἀεὶ δεδεμένων τοῖς ὀργάνοις* etc. Cave *συμπλεκ.* putes esse a Thucydide, qui jam dixit concurrisse naves, quod significare voluit ille, qui adscripsit verbum. nec tantummodo superflua est haec explicatio, sed prorsus intolerabilis, cum subsequatur *τῶν ἀνδρῶν — συμπλεκομένων.*

C. 26., §. 16. *ἔμβολον.* Glossema: describitur enim aciei forma ista in sequentibus, quod ineptum esset, si proprium nomen posuisset scriptor.

C. 28., §. 6. *Οἱ γὰρ πρῶτοι καὶ διεκρίθησαν. τέλος γὰρ ἐκβιασθέντες οἱ περὶ τὸν Ἀμίλκαν εἰς φυγὴν ὥρμησαν. ὁ μὲν οὖν Λεύκιος ἀνεδεῖτο τὰς αἰχμαλώτους ναῦς· ὁ δὲ Μάρκος* etc. Frustra Schw., Reiskeum audiens: *Οἱ γὰρ πρῶτοι .... καὶ διεκρ.* etc., quasi hoc vel quiddam simile intercidisset (*οἱ γὰρ πρῶτοι*) *συμβαλόντες πρῶτοι* (*καὶ διεκρ.*) „Nempe,“ inquit, „quum tribus locis, viribus fere utrimque paribus, pugnaretur, consentaneum (*κατὰ λόγον*) fuit, ut in ea parte primum dirimeretur proelium, qua in parte primum pugnari coeptum erat. Itaque, quum Amilcar primum conseruisset pugnam cum utroque Consule, primum etiam hac in parte depugnatum est, Amilcare in fugam verso.“ At non fuit tum diremtum illud proelium, sed dubio Marte pugnatum est, Poenis peritia rei nauticae, Romanis virtute praestantibus. hic demnm Polybius Amilcaris copias tandem vi repulsas atque in fugam conjectas esse dicit. Igitur sic scribamus, sublato duplici mendo et correcta interpunctione: *Οἱ γὰρ πρῶτον ὡς διεκρίθησαν* (*τέλος — ὥρμησαν*), *ὁ μὲν — ναῦς, ὁ δὲ Μάρκος* etc., *nam qui primum sic* (i. e. incassum, re ancipiti) *pugnaverunt* (*postremo enim expulsae Amilcaris copiae fugam capessiverunt*), *Lucius quidem captivas naves ad suas alligavit, Marcus autem* etc. Harum mutationum altera paene nulla est; de permisceri autem solitis vocabulis *ὡς* sive *ὣς* et *καὶ* res nota.

C. 35., §§. 7. — 9. *Δυοῖν γὰρ ὄντων τρόπων πᾶσιν ἀνθρώποις τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταθέσεως, τοῦ τε διὰ τῶν ἰδίων συμπτωμάτων, καὶ τοῦ διὰ τῶν ἀλλοτρίων, ἐναργέστερον μὲν εἶναι συμβαίνει τὸν διὰ τῶν οἰκείων περιπετειῶν, ἀβλαβέστερον δὲ τὸν διὰ τῶν ἀλλοτρίων. διὸ τὸν μὲν οὐδέποθ' ἑκουσίως αἱρετέον, — τὸν δὲ ἀεὶ θηρευτέον, ἐπεὶ χωρὶς βλάβης ἔστι συνιδεῖν ἐν αὐτῷ τὸ βέλτιον. Ἐξ ὧν συνιδόντι καλλίστην παιδείαν ἡγητέον πρὸς ἀληθινὸν βίον τὴν ἐκ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας περιγιγνομένην ἐμπειρίαν.* Non placet *συνιδόντι* continuo illatum post *συνιδεῖν*, suspicorque, Polybium dedisse *συνελόντι* (*colligenti*) *καλλ. παιδείαν ἡγ.*: pertinet enim *παιδ.* ad utrumque verbum.

C. 36., §. 2. *φρονίμως κ. συνετῶς βουλευσάμενος.* Glossema potest videri *συν.*, vel dittographia, et quidem ipsius Polybii, ut ponendum sit *συνετῶς βουλ.*, reliquis expunctis.

Ibidem, §. 3. *ἐφ' ἑκατέρων τούτων ἡττῶνται.* Sentio cum Schweighaeusero, scribendum esse *ὑφ' ἑκ.*

C. 37., §. 1. — *τηλικούτῳ περιέπεσον χειμῶνι καὶ τηλικαύταις συμφοραῖς* —. Suspicionem habet *συμφ.*, generale nomen subjectum speciali *χειμ.*, ut malim *συστροφαῖς*, sicut *συστροφὴν ὄμβρου* dixit 3., §. 74. et *συστροφὴν ἐξαίσιον κατὰ τὸν ἀέρα* 11., §. 24. Strabo 6., 2., vol. 2. pag. 27. ed. Tauchniz., ubi Charybdis describitur: *βάθος ἐξαίσιον εἰς ὃ αἱ παλίῤῥοιαι τοῦ ποῤθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς* (imo *ἀφυῶς*, i. e. *κακῶς*, ut *ἀφυῶς διακείμενοι* 88, §. 11.) *τὰ σκάφη, τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δίνης μεγάλης.*

Ibidem, §. 4. *Πολλὰ γὰρ τῶν κυβερνητῶν διαμαρτυραμένων, μὴ πλεῖν παρὰ τὴν ἔξω πλευρὰν τῆς Σικελίας, τὴν πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος ἐσταλμένην, διὰ τὸ πελαγίαν εἶναι κ. δυσπροσόρμιστον* etc. Inepta tautologia; ineptumque illud ipsum *πελαγίαν εἶναι* ad describendam oram quandam insulae, cujus orae omnes sunt *πελάγιαι*, i. e. circumfluae mari, qualis est Sicilia. quare vix dubito, quin Polyb. dixerit *τεναγίαν*, i. e. *τεναγώδη*, voce desiderata quidem in lexicis, sed *ἀναλόγως* formata, ut *πελάγιος*. Passim confusa in libris *τ* et *π*, nec *λ* et *ν* permixtorum exempla desunt: v. Schaefer. Melet. crit. pag. 95., nos ad Aristoph. Plut. 179., Athenaeum etc.

Ibidem, §. 5. *οὐδενὶ προσέχοντες τῶν λεγομένων ἔλαθον ἔξω πελάγιοι* —. Imo: *ἔμαθον*, *cognoverunt* rem; experti sunt, recte monuisse gubernatores. *ἐκ παραλλήλου* dictum in proxime sequentibus: *τότε τὴν αὐτῶν ἀβουλίαν ἔγνωσαν.*

C. 40., §. 13. — *συμβελῆ γιγνόμενα (τὰ θηρία) καὶ κατατραυματιζόμενα ταχέως διεταράχθη.* *συμβελῆ* si verum est, significat *σὺν βέλει ὄντα, vulnerata*; sed vulneratos fuisse elephantos, jam dixit in superioribus, neque usquam alias legitur *συμβελής*. Videndum igitur, an haec sit manus historici: *σὺν βέλει γιγν. ταχ. διετ., telo recepto statim turbata sunt.* exquisite dicto *σὺν βέλει γιγν.* aliquis pro explicatione adscripserit *καὶ κατατρ.*, sicut copula solet usurpari in glossematis. Codd. August. et Reg. A: *σὺν βέλῃ*, confusis, opinor, *ει* et *η*, ut saepe alias.

C. 44., §. 2. *Αἰγούσαις.* Scribendum *Αἰγούσσαις*, i. e. *αἰγοέσσαις*, *caprariis*, a caprarum ibi frequentia; nec aliter codd. Bavar., Vatic., Flor., Reg. C et ed. 1. Perperam Schw.: „Aegusa vel Aegussa“ etc.

C. 45., §§. 10, 11. *Οὐ μὴν ἀλλ' ἥ τε κραυγὴ κ. τὸ σύστρεμμα διαφέρον ἦν πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἔργοις· οἱ γὰρ ἀρχῆθεν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παρ' ἀμφοῖν ταχθέντες, οἱ μὲν ἐπὶ τῷ τρέψασθαι τοὺς ἐπὶ τῶν ἔργων, οἱ δ' ἐπὶ τῷ μὴ προέσθαι ταῦτα, τηλικαύτην ἐποιοῦντο φιλοτιμίαν καὶ σπουδήν, οἱ μὲν ἐξῶσαι σπεύδοντες,*

οἱ δ' οὐδαμῶς εἶξαι τούτοις τολμῶντες διὰ τὴν προθυμίαν· τέλος ἐν αὐταῖς μένοντες ταῖς ἐξ ἀρχῆς χώραις ἀπέθνησκον. Aut post τολμῶντες, aut post προθυμίαν Reisk. et Schw. deesse putant ὥστε, quo non opus: nam τηλικαύτην per se dixit Polyb., ut Soph. El. 575.: καὶ ταῦτα τηλικοῦτος, Tatius pag. 128. ed. Jacobs.: Μικροῦ δέομαι φαρμάκου πρὸς τηλικαύτην νόσον. Magis verisimile est, explicatorem aliquem adjecisse verba οἱ μὲν ἐπὶ τῷ τρέψ. — ταῦτα, quae et sponte intelliguntur, et vix possunt conciliari cum illis, quae sequuntur, idem fortius significantia, οἱ μὲν ἐξῶσαι — προθυμίαν. Efficacissimum vero est asyndeton verborum τέλος — ἀπέθνησκον.

Ibidem, §§. 13, 14. Ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς, θεωρῶν ἐν μὲν τῷ κινδύνῳ πολλοὺς ἀποθνήσκοντας, οὗ δ' ἕνεκα ταῦτ' ἔπραττεν, οὐ δυναμένους κρατῆσαι τῶν ἔργων, ἀναπαλεῖσθαι τοὺς ἑαυτοῦ παρήγγειλε τοῖς σαλπισταῖς. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, παρ' οὐδὲν ἐλθόντες τοῦ πάσας ἀποβαλεῖν τὰς παρασκευὰς, τέλος ἐκράτησαν τῶν ἔργων, κ. πάντα διετήρησαν ἀσφαλῶς. Scribamus: — ἐκράτησαν, *superiores fuerunt*, deletis verbis τῶν ἔργων, quae nescio quis incogitans videtur petivisse ex superioribus, ubi recte Carthaginienses non potuisse dicuntur potiri machinis Romanorum; sed suis ipsorum machinis, quas non amiserant, Romanos potitos esse, quis adeo inficetum credat Polybium, id ut dixerit? Imo conservasse illos omnia tuto dixit (πάντα — ἀσφαλῶς), nec potuit aliud.

C. 47., §. 1. τῶν βραχέων. Libri veteres: τῶν πρὸ βραχέων, i. e. τ. προβραχέων, ut apud Strabonem: v. Schneider. lex. et supplem. ejus h. v. quem tamen fugit hic Polybii locus, sicut Strabonis verba lib. 5., pag. 190., 6., pag. 298. et 7., pag. 392., ed. Tauchniz. neglexit Schw. Ceterum προβράχεα intelligo *vada praejacentia* terrae sive *littoribus objecta*, non *valde vadosa*, ut Schneidero placet, parvoque aut nullo discrimine hic arbitror dici τενάγη, βράχεα et προβράχεα.

C. 50., §. 6. τῶν πολεμίων Ῥωμαίων. Delendum Ῥωμ., quod esse scholion ipsi Schweighaeusero suboluit. male Jac. Gronovius et Schw. in ordine: τ. πολ. νεῶν, quod habetur in iis, quae sequuntur, quasi verisimile videatur, ita depravatum esse vocabulum νεῶν.

C. 51., §. 6. διὰ τὸ βάρος τῶν πλοίων κ. διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν πληρωμάτων. Olent haec glossema: mox enim paene iisdem verbis et loco minime suspecto legitur ἀδυνάτως εἶχον διά τε τὴν βαρύτητα τῶν πλοίων, προσέτι δὲ καὶ τὴν ἀπειρίαν τῶν πληρωμάτων, quae non erat quod inculcaret hic noster, sed credibile est, explicatores allevisse, sublecta isto loco.

C. 54., §. 8. Οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων στόλοι, τοῦ χειμῶνος ἐπιγενομένου κ. τῶν τόπων εἰς τέλος ὑπαρχόντων ἀλιμένων, οὕτω διεφθάρησαν, ὥστε μηδὲ τῶν ναυαγίων μηδὲν γενέσθαι χρήσιμον, ἀλλ' ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἄρδην κ. παραλόγως ἀχρειωθῆναι. αὐτοὺς, scil. τοὺς στόλους. Praeter necessitatem Scaliger: αὐτοῖς, aliud

autem agens Schw.: „In *αὐτοὺς*," inquit, „consentiunt omnes; *quod tamen sensu prorsus carere, nec ullo modo tenendum videtur.*

C. 55., §. 10. *Ἐπί τε δὴ τὴν κορυφὴν ἐπιστήσας φυλακὴν, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐπὶ Δρεπάνων πρόσβασιν, ἐτήρει φιλοτίμως ἀμφοτέρους τοὺς τόπους, κ. μᾶλλον ἐπὶ τὸν τῆς ἀναβολῆς ἐτρέπετο καιρόν.* Scribendum: — *ὁμ. δὲ κατὰ τὴν ἐπὶ Δρ.* etc. praeterea bene habet hic locus: nam *καιρὸς τῆς ἀναβολῆς* est *periculum ascensionis*, in quod maxime intentus fuit Junius. eum sensum haud assecuti, credo, librarii codicum Augustani et Paris. A temere omiserunt verba *ἐτρ. καιρόν.* quibus tamen obtemperans Schw. nota: „Legendum videtur: *καὶ μᾶλλον ἔτι τὸν τῆς ἀναβολῆς*, scil. *τόπον ἐτήρει.*"

C. 57., §. 8. *τούτους γὰρ αὐτοὺς ἀεὶ συνέβαινε διαφθείρεσθαι κατὰ τὰς συμπλοκὰς, τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ περιπεσόντας.* Scribamus: *τοὺς ἄν χ. ν. περ.*, germanice: die etwa ins Handgemenge gerathen waren. Pariter confundi visa *ἄν* et *ἐν* Thuc. 3, 53., Eurip. El. 594., Athen. 641, e.

C. 58., §. 1. *Οὐ μὴν ἀλλ', ὥσπερ ἀγαθὸς βραβευτὴς, ἡ τύχη μεταβιβάσασα παραβόλως αὐτοὺς ἐκ τοῦ προειρημένου τόπου κ. τοῦ προϋπάρχοντος ἀθλήματος εἰς παραβολώτερον ἀγώνισμα κ. τόπον ἐλάττω συνέκλεισεν.* Pro arbitrio *τὸ παραβόλως*, quod est *temere, periculose*, reddunt *mirabiliter*, quo apte dictum videatur, Fortunam fecisse aliquid *παραβόλως*. Cum id displicet, tum vix credibile est Polybium minime infantem parvo intervallo usurpasse verba *παραβόλως* et *παραβολώτερον*, ipsumque *παραβόλως* denuo sub initium sequentis capitis. quare vel *παραδόξως* ponendum censeo, vel *παραλόγως*, quae et aptissima sunt et satis similia codicum scripturae; quemadmodum *β* et *δ*, itemque *γ* et *λ*, litterarum permutatarum suppetunt exempla. sic enim *βουλήσεως* pro *δουλώσεως* perperam scripserunt Thuc. 3, 39. et *βουλεύματα* pro *δουλεύματα* apud Eustathium ad Odyss. *ο'*, 319., *τάλαν* autem pro *τ' ἄγαν* apud Machonem Athen. 581, e, aliaque hujuscemodi.

C. 59., §. 8. *Τῷ δὲ τοιούτῳ τρόπῳ ταχέως ἑτοιμασθέντων διακοσίων πλοίων πεντηρικῶν, ὧν ἐποιήσαντο τὴν ναυπηγίαν πρὸς παράδειγμα τὴν τοῦ Ῥοδίου ναῦν.* Neque trajecta, neque graviter depravata sunt haec verba, ut visum Casaubono et Jac. Gronovio, sed obscurata glossemate *παράδειγμα*, quo deleto fluit oratio. superscripserit nonnemo *παράδειγμα*, quo intelligeretur *παρ. τῆς τοῦ Ῥοδίου νεώς*, quod est inter conjecturas Gronovii.

C. 60., §. 9. Multa verba, quibus Reisk. et Schw., cum h. l., tum ann. ad 82., §. 13., circumloquuntur anacoluthon, in quo hic noster usurpare solet conjunctionem *διόπερ*.

C. 66., §. 7. *καθάπερ καὶ τὸν πρῶτον χρόνον ὑπῆρχον.* Malim: *καθ. — ὑπῆρχεν, sicut revera primo licuerat*, i. e. cum primum istae copiae trajecerunt in Siciliam: tum enim, qui volebat miles, impedimenta sua relinquere potuit Carthagine, ut mox rediturus; nunc eam licentiam Carthaginienses non dederunt militibus

mercenariis, sed eos impedimenta secum auferre coëgerunt. Frustra Jac. Gronov.: *τὸν πρὸ τοῦ χρόνον*, quod Schw. probans reddidit: *sicut antea fecerant*, dubia quidem significatione *τοῦ ὑπάρχειν*. Thuc. 3, 109.; *Καὶ οἱ μὲν τούς τε νεκροὺς ἀνείλοντο, κ. διὰ τάχους ἔθαπτον, ὥσπερ ὑπῆρχε*, ubi gloss. Lugdun.: *ἐξῆν*. cf. Viger. 5, 12. Litteras ε et ο permisceri solere a librariis, nemo ignorat.

Ibidem, §. 12. *μεγάλας εἶχον ἐλπίδας κ. μεγάλην προσδοκίαν τῆς ἐσομένης περὶ αὐτοὺς ἐπανορθώσεως*. Verba *καὶ μεγ. προσδ.* videntur glossema.

C. 67, §. 1. *τὰς ἐλπίδας κ. τὰς ἐπαγγελίας*. Vereor ne Polyb. dixerit *κατὰ τὰς ἐπ.*, nec multum refragabor, si quis tolli jusserit verba *τὰς ἐλπ.*, tanquam ea, quae ex superioribus immigravisse videantur; probabilior tamen est prior ratio. nam alterutrum horum ab explicatore profectum puto, quamvis haud immemor illorum, quae de synonymis sive tautologiis Polybii dixi in praefatione.

Ibidem, §. 5. *γενομένης ὀργῆς, ἢ διαβολῆς, ἢ στάσεως*. Scribam confidenter *γεν. στάσεως*. cetera explicator aliquis petivit, opinor, ex sequentibus istis *ὅταν ἅπαξ εἰς ὀργὴν κ. διαβολὴν ἐμπέσωσι πρός τινας*, quibus *τὴν στάσιν* circumloquitur historicus: neque enim adeo ineptus est et garrulus, ut eandem rem simul proprio nomine et per descriptionem significet.

C. 72., §. 2. *Θαυμάζοντες δὲ καὶ τιμῶντες*, Aristoph. Nub. 422.: *ἡμᾶς τιμῶν καὶ θαυμάζων*.

C. 74., §. 7. *ὑπολαβὼν καὶ τότε, πέρας ἔχειν τοὺς πολεμίους*. Phrasis inaudita; sed aperta menda est, nec dubie scribendum *τοὺς πολέμους*, *bella*, i. e. expeditiones, quas plures jam susceperant mercenarii. minus probabiliter Reisk.: *τὸν πόλεμον*.

Ibidem, §§. 13, 14. *Οὐ μόνον δὲ περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν οὕτως ἀνεστράφη νωθρῶς, ἀλλὰ καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας περὶ τὴν καλουμένην Γόρζαν ἀντιστρατοπεδευσάντων αὐτῷ τῶν πολεμίων, λαβὼν καιρούς δὶς μὲν ἐκ παρατάξεως εἰς τὸ νικᾶν, δὶς δ' ἐξ ἐπιθέσεως, ὅτε μὲν στρατοπεδευόντων σύνεγγυς αὐτῷ τῶν ὑπεναντίων, ἀμφοτέρους δοκεῖ τούτους εἰκῇ κ. παραλόγως προέσθαι*. Schw., vitium scripturae odoratus, ut videtur: *Ὅτε μὲν,*" inquit, „dant scripti libri omnes;" praeterea *οὐδὲ γρῦ*, quasi desperans remedium, cum sit in promtu ponere *ὅγε* (sive *ὅ γε*) *μὴν, ille vero*. Passim confusa *γ* et *τ*, *ε* et *η*, ipsaque verba *γὲ* et *τὲ*, *μὲν* et *μὴν*; in libris. ceterum suspecta sunt verba *στρατ.* — *ὑπεν.*

C. 78., §. 2. *πρὸς ἔντευξιν αὐτῶν κ. σύστασιν*. Modo legimus *πατρικὴν ἔχων σύστασιν*. inde, opinor, fluxerunt verba *καὶ σύστασιν*. similiter §. 8.: *οὕτως ἤσθη μεγάλως — τῇ κατὰ τὴν ἔντευξιν ἁπλότητι τοῦ νεανίσκου*. 3., 15., §. 4.: *δοὺς αὐτὸν εἰς ἔντευξιν*. 16., 21., §. 8.: *ὃν δέ ποτε χρόνον τῆς ἡμέρας ἀπεμέριζε πρὸς ἐντεύξεις* etc.

C. 79., §. 4. *παραλελειμμένας ἐπινοοῦντες τιμωρίας, omissa* (?) *supplicia excogitantes*. Non miror, aquam haesisse interpretibus: corrupta enim procul dubio sunt haec verba, nec tamen posuerim,

quod suadent, *παρηλλαγμένας*, i. e. *ξένας*, *inusitatas*, quoniam et dissimillimum est id verbi, et satis ex more tormentis excruciati dicuntur interfici, sed malim *τοῖς παραλελειμμένοις*, *praeteritis*, necdum correptis, sicut Hannonem corripuerant; vel *τοῖς περιλελειμμένοις*, *reliquis*, adhuc salvis. Mutationes faciles: solent enim confundi *παρά* et *περί*, articulo autem offecerit *-τα* syllaba similis, quae antecedit.

C. 80., §. 4. *παρήνει κ. συνεβούλευε.* Omissa sunt in Florentino cod. verba *παρ. καί*, nec male, cum *παρήνει* legatur in proximis superiorum, et aptius sit rei, quae narratur, *συνεβούλευε*, *simul suasit.*

C. 81., §. 6. *κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν φύσιν.* Sensit errorem Reisk., sed male proposuit *τὴν ἑαυτῶν φύσιν*: non sentiens Schw. soloecismum obtrudit Polybio, quasi is dixerit *ἐξ αὐτῶν φ.* pro *αὐτῶν φ.* Suadeo ponamus *κατὰ τὴν ἔσω αὐτῶν φ.*, *pro interiore eorum natura.* Est cum permutantur ξ et σ litterae, item α et ω: igitur scriptum arbitror primum *εξωαυτων*, dein, omissâ littera simili, *εξαυτων.*

C. 81., §. 1. *τὸν μὲν Ἄννωνα.* Alius nimirum est hic Hanno atque ille cognominis, quem in crucem egerunt mercenarii, ducem ignobiliorem: v. cap. 79., §. 4. Paulo negligentius hac in re versatus est Polybius.

Ibid., §. 10. *τοὺς μὲν γὰρ παραβεβοηθηκότας αὐτοῖς παρ' ἐκείνων — ἀποκτείναντες ἅπαντας ἔῤῥιψαν κατὰ τοῦ τείχους, τὴν δὲ πόλιν ἐνεχείρισαν τοῖς Λίβυσι· τοῖς γε μὴν Καρχηδονίοις οὐδὲ θάψαι συνεχώρησαν τοὺς ἠτυχηκότας αἰτουμένοις.* Asyndeton importunum. vel *τοῖς τε* scribendum puto, vel *συγχωρήσαντες*, et hoc quidem malim, suspicatus, *-τες* syllabae offecisse simile, quod eam excipit, verbum *τοὺς*, deinde correctorem pro *συγχώρησαν* reposuisse *συνεχώρησαν.*

---

## Liber secundus.

Cap. 8., §. 11. *ἐφετῶς καὶ ταχέως.* Hoc editum est ex codice Bavar., neque aliud Jacob. Gronovius enotavit ex Florentino. In Urbinate omissa sunt verba *ἐφ. καί*, credo, quia librarius repudiabat vocem inauditam. Vatican. et a 1. manu Aug. et Reg. A: *ἐφε ... ταχ.*: altera manus in his duobus libris adscripsit *τῶς* et *καί.* Intellexit Schw., affectum esse *ἐφ.*, proposuitque primum *ἔφη*, *καὶ ταχ.*, deinde in commentario: „Quidquid est," inquit, „incunctanter editum velim *ἔφη*, *ταχ.* etc." *Sed non ego credulus illi:* est enim longe verisimilius, Polybium dixisse *ἐμφανῶς καὶ ταχ.* Comicus Nub. 594.: *οὐ λόγοις, ἀλλ' ἐμφανῶς, non verbis, sed manifesto*, i. e. re. Id facit ad sententiam, et proclive fuit mutari

ἔφανας in ἀφατας et ἀφετας, confusis α et ε, ν et τ, litteris, ut alias haud semel *).

Ceterum regina Illyriorum Teutana nominatur apud Florum 2, 5., nisi forte, cum hodie legatur *Teutana muliere*, ille scripserat: *Teuta, una muliere*, ex quo facile, omissa littera simili (nam a et u similia in codicibus aevi medii) exstiterit vulgata scriptura.

Ibidem, §. 12. Ἡ δὲ, γυ[illegible]θύμως κ. ἀλογίστως δεξαμένη τὴν παῤῥησίαν, ἐπὶ τοσοῦτον [illegible]γίσθη πρὸς τὸ ῥηθὲν, ὡς — ἀποπλέουσιν αὐτοῖς ἀποστεῖλαί τινας, τὸν παῤῥησιασάμενον τῶν πρέσβεων ἀποκτεῖναι. Verba τὸν — ἀποκτ. hoc sonant: *ut legatorum illum, qui tam libere locutus esset, occiderent.* At re vera occiderunt hominem, jussu reginae: quapropter scribendum est τόν τε παῤῥ. videtur offecisse τὲ particulae π littera similis, quae sequebatur.

Cap. 14., §. 1. ἵνα τὸ τῆς προκατασκευῆς οἰκεῖον συνενώσωμεν etc. Ernestius, suffragante Schw.: συσσώσωμεν, bene quidem ad sensum, sed parum verisimiliter. contra tam vicinum est quam quod maxime vulgatae συνεννοήσωμεν, hac sententia: *ut simul ratio habeatur ejus, quod est proprium, ex instituto nostro, huic praeparationi.*

Ibidem, §. 10. ἐπικρατῆσαι τοῦ τόπου καὶ τῶν ὑπεναντίων. Tollamus verba supervacua καὶ τῶν ὑπ., quae olent glossema, magisque etiam suspecta sunt propterea quod verbum ἐπικρατεῖν usurpari solet a Polybio tum, cum loca occupata dicit, non homines victos aut repulsos. v. lexicon Polyb. h. v.

Cap. 30., §. 8. Οἱ μὲν οὖν Θυρσοὶ πρὸς ἀσφάλειαν, αἱ δὲ μάχαιραι πρὸς πρᾶξιν μεγάλην διαφορὰν *** ἔχειν (hic notam lacunae posuit Casaub.), τὴν δὲ Γαλατικὴν παραφορὰν ἔχειν μόνον. Operose explent vacuum. videtur satis esse, si scribamus — διαφορὰν Ῥωμαίους φαίνεσθαι ἔχειν, τὴν δὲ etc., ut φαίνεσθαι dictum pro φαίνονται, schemate Pindarico, referatur etiam ad verba τὴν δὲ — μόνον.

Cap. 33., §. 8. αἵ τε μάχαιραι (gladii Gallorum) ταῖς κατασκευαῖς — μίαν ἔχουσι τὴν πρώτην παραφορὰν καιρίαν, ἀπὸ δὲ ταύτης εὐθέως ἀποξυσποροῦνται, καμπτόμεναι κατὰ μῆκος καὶ κατὰ πλάτος ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε, ἂν μὴ δῷ τις ἀναστροφὴν τοῖς χρωμένοις, ἐρείσαντες πρὸς τὴν γῆν ἀπευθῦναι τῷ ποδὶ, τελέως ἄπρακτον εἶναι τὴν δευτέραν πληγὴν αὐτῶν. Imo: ἐρείσαντας, intellecto ὥστε. similem errorem deprehendimus cap. 68, §. 7.

Cap. 35., §. 2. τῶν ἐν αὐταῖς (ταῖς μάχαις) ἀπολλυμένων καὶ παραττομένων. Hysteronproteron ineptum, quod non tulit interpres, vertens: *numerum dimicantium et occisorum.* sed a glossatore procul dubio sunt verba inutilia καὶ παρ.

---

*) Menda non ita dissimili 3, 50, 8. ἀφανῶς pro ἐμφανῶς legitur in plerisque codd. scriptis et primis 2 editionibus.

Cap. 36., §. 4. *ὃ δὴ καὶ τέλος ἐποίησε, πανὺ βραχὺν ἐπισχὼν χρόνον.* Haud congruit *τέλος*, *tandem*, verbis *πάνυ — χρόνον*, congruit *τελέως*, *prorsus*, *plane*, quo vocabulo saepe utitur Polybius: vid. Schw. ad cap. 15., §. 10., ubi, quod habent libri, *τέως* Reisk. probabiliter mutavit in *τελέως*. pariter, ni fallor, hic librarii se impegerunt.

Cap. 37., §. 2. *πολέμου — Ἀννιβιακοῦ*. Malim sane *Ἀννιβαϊκοῦ*, et *Ἀννιβαϊκὸν* 71, 9[illegible] 1, 1. et alias, quam formam *ἀνάλογον* hic illic servarunt codd. etiam Casaubono probatam. aliam analogiam sequitur *Ἀννίβειος*, dictum illud ut *Πυθαγόρειος*, *Ἀναξαγόρειος*.

Cap. 41., §. 4. *Ἀπὸ γὰρ Τισαμενοῦ βασιλευθέντες, ὃς ἦν Ὀρέστου μὲν υἱὸς, κατὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἐκπεσὼν τῆς Σπάρτης κατέσχε τοὺς περὶ Ἀχαΐαν τόπους, ἀπὸ τούτου — ἕως Ὠγύγου βασιλευθέντες* etc. Delendum prius *βασιλ.*, quod praeoccupaverit festinans librarius, minime quidem aptum ei loco.

Ibidem, §. 12. *Καὶ πρῶτοι μὲν συνέστησαν Δυμαῖοι, Πατρεῖς, Τριταιεῖς, Φαραιεῖς· διόπερ οὐδὲ στήλην ὑπάρχειν συμβαίνει τῶν πόλεων τούτων περὶ τῆς συμπολιτείας.* Haec si manus esset scriptoris, assentiendum utique foret J. F. Gronovio, verba *διόπερ — συμπολ.* reponenti §. 10. post *τοῖς Ἕλλησι*. inepte enim interpres: „quamobrem ne columna quidem ulla exstat de harum urbium in eandem Reipubl. formam consensu;“ neque audiendus est Reiskeus, cum dicit: „Nihil hic loci est vitiosum, nihil transpositum. Ideo quatuor illae urbes nullum condiderunt monumentum sui consensus in renovationem pristinorum patriorum institutorum, quia omnes eodem tempore ultro consentiebant et coibant in unum corpus: quod quia a nemine neque rogabant, neque impetrabant, ideo necesse non erat, ejus rei, cujus omnes sibi conscii essent, a se ultro susceptae [illegible]peractae, ullum publicum condere monumentum. Alia res erat in reliquis civitatibus, quae postmodum ad id foedus accedebant, quibus publico testimonio caveri opus erat.“ Miror, hoc Catone contentum fuisse Schweighaeuserum; nec tamen transposita videntur verba ista, sed ita emendanda: *διόπερ οὖν δὴ στήλην — συμπ.* Depravatio proclivis, sententia rei conveniens, siquidem primae ejusmodi actiones celebrari monumentis publicis solent, non eae, quae consecutae illas fuerint neque aequam habeant auctoritatem. Ceterum Damoxenus apud Athenaeum 3., 102.: *B. Χυμὸς λέγεις; Δημόκριτος οὐδέν:* quem locum similiter infuscatum puto, cum dixisset Comicus: *B. Χυμὸν λέγεις; A. Δημόκριτος οὖν δή.*

Cap. 42., §. 7. *σαφέστερον δ' ὑπὲρ τούτων ἔσται διαλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν τῶν περὶ τὰς πράξεις ἐνεργημάτων.* Fucant mendam, qui vertunt: *Verum de his quidem ex ipsa rerum gestarum ratione melius liquebit:* neque enim *ἐνέργημα* est *ratio*, sed idem quod *πρᾶξις*, itaque absurdum *ἐνέργημα πράξεως*, quasi dicas *factum actionis*. Ponamus *ἐναργημάτων*, eamque vocem addamus lexi-

cis. *ἐνάργειαν* frequentat hic noster. 4, 17, 12.: *τοῖς λόγοις ἐπικρύψασθαι τὰς τῶν πραγμάτων ἐναργείας*, quod servandum est, quamvis codd. oggerant *ἐνεργείας*, frequenti quidem confusione ho rum vocabulorum. 6, 15, 8.: *ἡ τῶν κατειργασμένων πραγμάτων ἐνάργεια.* 16, 23, 5.: *διὰ τῆς τῶν εἰσαγομένων ἐναργείας.* cf. lex. Polyb. v. *ἐνάργεια.* etiam 3, 44, 6., recte viri docti reponi jusserunt *ἐνάργεια* pro *ἐνέργεια.*

Cap. 49., §. 1. — *ὅτι πρώτοις μὲν αὐτοῖς Ἀχαιοῖς εὐλαβητέον, ἐξῆς δὲ καὶ μᾶλλον Ἀντιγόνῳ.* Malim *πρώτως*, adverbio respondente adverbiis *ἐξῆς* et *μᾶλλον.* Haec saepius confusa: v. lex. Polyb. v. *πρῶτος.*

Ibidem, §. 7. *Ἐὰν μὲν οὖν Αἰτωλοὶ — τὴν ἡσυχίαν ἄγειν ὑποκρίνωνται*, etc. Male interpres: *Quodsi Aetoli — velle se quiescere simulaverint.* Imo: *responderint* Antigono quaerenti, num velint quiescere. simulatio Aetolorum nihil Achaeis profuisset.

Cap. 56., §. 16. *οὕτως ἐν παντὶ τὸ τέλος κεῖται τῆς διαλήψεως ὑπέρ τε τῶν οὐκ ἐν τοῖς τελουμένοις, ἀλλ' ἐν ταῖς αἰτίαις* etc. Ita plerique omnes codd., stupentibus doctis ad *τε τῶν*, variaque comminiscentibus. Regius quidem liber B: *ὑπὲρ περιπετειῶν*, quod edidit Casaub.; sed recentissimus ille liber est; utpote a. 1547. scriptus ab Angelo Vergecio, qui fere Opsopoei editionem expressit, quasque proprias codex habet scripturas, velut istam, quam diximus, unde acceperit, non indicavit. praeterea speciem emendationis prae se fert vox *περιπ.*, quam si alii librarii invenissent in exemplaribus, quae describebant, certe verbo aperto non substituissent inexplicabilia. Id reputans, opinor, Jac. Gronovius aliud remedium circumspexit, nec dubitavit proponere *ὑπὲρ τελῶν*, cujus scripturae sensum, ipsi quidem probatae, his verbis declarare conatur Reisk., *finem judicii de eventis positum esse non in eventis ipsis, sed in causis rerum* etc., securus ille de notione *τοῦ τέλος*, quod per se dictum vereor ut *eventum* significare possit. et fac posse, tamen vix, et ne vix quidem, credas Polybium, non infantem, dixisse *τέλος ὑπὲρ τελῶν.* neque hoc commentum placuit Schweighaeusero; verum quam ipse ingressus est viam emendandi, ea difficilior etiam est: putat enim, haec vel nescio quae similia forte intercidisse post *τε τῶν: ἐπαίνου καὶ τῶν ἐπιτιμήσεως ἀξίων, δικαίως καὶ τῶν ἀδίκως πραχθέντων.* Tam vana pericula consideranti mihi in mentem venit illorum Virgilii de apum bellis Georg. 4, 86.:

*Hi motus animorum atque haec certamina tanta*
*Pulveris exigui jactu compressa quiescunt.*

Scilicet in promptu est scribere *ὑπέρ γε τῶν*, i. e. *τούτων*, usu articuli notiore quam qui multis illustretur. Sophocles Oed. Col. 683.:

*— — — πᾶς σε Καδμείων λεὼς*
*Καλεῖ δικαίως, ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγὼ* etc.

Ibidem: *οὐκ ἐν τοῖς τελουμένοις*, Schw. nota: *συντελουμένοις*, quod sane est usitatius, sicut etiam *ἐπιτελεῖν*, praesertim

huic nostro: nam alii quidem scriptores simplici verbo τελεῖν nonnunquam utuntur sensu compositorum; velut Xenophon dixit Cyr. 8, 6, 3.: ἄλλους δὲ σατράπας πέμψαι μοι δοκεῖ, οἵτινες ἄρξουσι τῶν ἐνοικούντων, κ. τὸν δασμὸν λαμβάνοντες τοῖς τε φρουροῖς δώσουσι μισθὸν, καὶ ἄλλο τελέσουσιν, ὅ τι ἂν δέῃ, Diodorus τελεῖν πλοῦν, τελεῖν ὁδὸν, etc. Igitur hanc rem in medio relinquamus.

Cap. 58., §. 10. ὁλοσχερεστέρας τινὸς καὶ μείζονος — τιμωρίας. Facile in his agnoscas manum explicatoris; neque sic Polybius aliis bene multis in locis, ubi usurpavit adjectivum ὁλοσχερής.

Cap. 59., §. 6. αὐτὸ γὰρ τοὔνομα (τὸ τοῦ τυράννου) περιέχει τὴν ἀσεβεστάτην ἔμφασιν. Inepte. ponamus fiducia veri: ἀσεβεστάτων. permixta η et ω, cujus rei non desunt alia exempla.

Cap. 60., §. 2. — οὐδ' Ἀντιγόνῳ προσαπτέον, οὐδ' Ἀράτῳ παρανομίαν, ὅτι λαβόντες κατὰ πόλεμον ὑποχείριον τύραννον στρεβλώσαντες ἀπέκτειναν, ὃν γε καὶ κατ' αὐτὴν τὴν εἰρήνην τοῖς ἀνελοῦσι καὶ τιμωρησαμένοις ἔπαινος καὶ τιμὴ συνεξηκολούθει παρὰ τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις. Schw. nota, verbis Polybii subjecta: „Ad verbum συνεξ. omnino particula ἄν requiri videtur.“ in ipso commentario de hac suspicione sua tacet, nec sane necesse est, ut ἄν inseratur sensu hypothetico, cum possit, ut de veris quibusdam ejusmodi eventis cogitaverit hic noster, velut de occiso Hipparcho et de expulsis Syracusanorum, Peloponnesiorum, Atheniensium tyrannis.

Ibidem, §. 8. — ἀλλ' ὅμως, τοιοῦτος ὢν, οὐδενὸς ἔτυχε δεινοῦ πλὴν τοῦ καταποντισθῆναι διὰ τῶν ἐπὶ ταῖς Κεγχρεαῖς πεπραγμένων. Mire verba ἐπὶ ταῖς Κεγχρ. vexarunt interpretes, cum non animadverterent, vel ab explicatore aliquo profecta esse, vel certe a loco suo legitimo aberravisse, cum Polybius dixisset, ut equidem dixisse illum arbitror: — διὰ τῶν πεπραγμένων ἐπὶ ταῖς Κεγχρ. nulla enim facinora Cenchreis, portu Corinthiorum, admisit Aristomachus, sed ibi supplicio affectus est. igitur ἐπὶ ταῖς Κεγχρ. nihil aliud significat nisi *apud Cenchreas*, pertinetque ad καταποντ., a quo verbo id removisse videatur scriptor numerorum gratia, quippe elegantiorem clausulam efficientibus verbis διὰ τῶν πεπρ. ἐπὶ ταῖς Κ. (∪∪ – | ∪ – ∪ – | ∪∪ – – ∪ –) quam efficerent haec ἐπὶ ταῖς Κ. διὰ τῶν πεπρ. (∪∪ – – ∪ – | ∪∪ – | ∪ – ∪ –). His minus aut perspectis, aut curatis, quam turbant viri docti, qui operam in hac historia explicanda locaverunt! quorum Schw.: „Imo vero,“ inquit, „ταττομένων vel potius τεταγμένων utique videtur rescribendum (prò πεπραγμένων), id est *per Cenchrearum praefectos*; nisi plenius etiam διὰ τῶν ἐπὶ τούτῳ ἐν Κεγχρεαῖς τεταγμένων malueris, id est, *per eos, quibus hoc negotium Cenchreis mandatum est.* πεπραγμένων certe non est hujus loci; ex quo verbo ut aliquam sententiam exprimeret Casaubonus, ita illud vertit, tamquam esset διά τινα τῶν ἐν Κεγχρεαῖς πεπραγμένων, *propter nonnulla, quae Cenchreis fecerat.*“ Ita hallucinatur vir optimus, nec sibi constans, quam merito quidem

improbat, Casauboni interpretationem suam fecit adoptando. Nos vero haec ita reddamus sine cunctatione: — *sed tamen, is cum esset, poenam aliam subiit nullam, nisi quod in mare dejectus ob facinora est Cenchreis.* Morte simplici pessimum tyrannum interiisse dicit Polybius, non tormentis excruciatum, sicut ipse primores Argivorum 80 tortos necaverat. — praefectos istos Cenchrearum commemorare apud lectores operae pretium non duxisset, puto, hic noster.

Ceterum genus illud supplicii antiquum progressu temporis fere obsolevit in Graecia, praesertim Athenis; manserunt autem poenae similes *βαράθρου* et *κατακρημνισμοῦ*, de quibus Comici editores passim, Xenophontis ad Hellen. 2, 1, 31., aliique. de *καταποντισμῷ* quidem Scholiastes Aristophanis ad Equ. 1263. (1374.): *Ὅταν κατεπόντουν τινὰς, βάρος ἀπὸ τῶν τραχήλων ἐκρέμων*, quo tamen loco agitur *βάραθρον:* sed Matthaeus Evangel. 18, 6., modum ejus supplicii accuratius describens: — „*συμφέρει αὐτῷ*," inquit, „*ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης.*"

Cap. 61., §. 1. *Χωρὶς δὲ τούτων τὰς μὲν Μαντινέων ἡμῖν συμφορὰς μετ' αὐξήσεως καὶ διαθέσεως ἐξηγήσατο, δηλονότι καθήκειν ὑπολαμβάνων τοῖς συγγραφεῦσι, τὰς παρανόμους τῶν πράξεων ἐπισημαίνεσθαι· τῆς δὲ Μεγαλοπολιτῶν γενναιότητος, ᾗ περὶ τοὺς αὐτοὺς ἐχρήσαντο καιροὺς, οὐδὲ κατὰ ποσὸν ἐποιήσατο μνήμην.* Parum placet simpliciter et praecise dictum *τὰς παρ. τῶν πράξεων ἐπισημ.*, vereorque ne Polyb. dederit *τὰς παρανόμους μόνως τῶν πρ..ἐπισ.*, adverbio autem offecerit simile *-νόμους*, quod antecedit.

Cap. 64., §. 6. *οὐδὲν περὶ πλείονος ποιούμενος τοῖς κατὰ λόγον πράγμασιν.* Quid dubitemus purgare soloecismum? Reponendum haud cunctanter: *ο. π. πλ. π. τῶν κ. λ. πραγμάτων*, cum nemo nesciat, extrema vocabulorum, per compendium scribi solita, facile depravari.

Cap. 66., §. 2. *ἅμα δὲ καὶ προδεικνύων τινὰς ἐπιβολὰς πρὸς τὸ μέλλον, ἐξεκαλεῖτο τὰς τῶν ὑπεναντίων ἐπινοίας.* Sic interpungendum est. perperam vulgati libri: — *ἐπιβολὰς, πρὸς τὸ μ. ἐξ.* etc. hoc si voluisset Polyb., haud dubie dixisset, naturali ordine verborum, qui decet historicum: *ἐξεκ. πρὸς τὸ μέλλον τὰς τῶν ὑπ. ἐπ.*

Ibidem, §. 7. *κατὰ γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς στάσιν ἔμενον ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὡς ἀνωτάτω σπεύδοντες λαβεῖν τοὺς ὑπεναντίους, εἰς τὸ τὴν φυγὴν ἐπὶ πολὺ καταφερῆ κ. κρημνώδη γενέσθαι τοῖς πολεμίοις.* Scribendum *σπεύδοντας*, quod respondet superioribus cap. 67., §. 2. *τοὺς πρὸς τὸν λόφον βιαζομένους* (cf. hujus cap. §. 8.): nam Euclidae quidem milites non properabant, sed quieti stabant, hostem, si ascenderet jugum, excepturi. Verba *τοῖς πολ.* delenda sunt, tanquam *ταυτολόγα* et ea, quae ex margine irrepserint.

Cap. 69., §. 7. *μεταβαλοῦσαι τὰς σαρίσσας.* Non erat, quod dubitarent, num ponendum esset *καταβαλοῦσαι*: saepe confusa *κατὰ* et *μετὰ*, ut docet Schaefer. Melet. crit. pag. 58. cf. notas ibi 134. et 35., Jacobs. Tat. 14, 7.

---

## Liber tertius.

Cap. 3., §. 5. — *τὸ δὲ τρίτον, τίνα τρόπον Ῥωμαῖοι, καταλύσαντες τὴν Γαλατῶν ὕβριν, ἀδήριτον μέν σφισι παρεσκεύασαν τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχήν, ἀπέλυσαν δὲ τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου κατοικοῦντας βαρβαρικῶν φόβων καὶ τῆς Γαλατῶν παρανομίας.* Haec dupliciter affecta puto, menda et immisso glossemate. Mendosum videtur esse *ἀπέλυσαν*, cum antecedat simile *καταλύσαντες*, qualia negligenter dicta nonnisi necessitate compulsus fero apud hunc nostrum (v. ann. ad 44., §. 5.), quae hic nulla est: sponte enim se praebet *ἀπέδυσαν*, commendatum illud cum ratione palaeographica, quippe non raro permixtis *Δ* et *Λ* litteris, tum ipsa lingua, siquidem recte dicas *ἀποδύειν τινὰ φόβου*, quem usum genitivi et per se, et verbo juncti, in quo insit praepositio genitivum regens, illustrant Viger. 3, 1, 9. ibique Hoogev. et Zeune. Similiter 5, 106, 6. libri vett. praeter Mss. Vatic. et Flor.: *Ἀθηναῖοι δὲ τῶν ἐκ Μακεδονίας φόβων ἀπεδέδυντο*, quod nec ipse Schw. improbans tamen edi jussit, quod habent illi duo codd., alienam, opinor, explicationem verbi exquisiti, *ἀπελέλυντο*. Tantum de mendo. Glossema esse verba *καὶ τῆς Γαλ. παρ.*, apparet ex eo, quod idem significant superiora ista *καταλ.* — *ὕβριν*, quibus speciatim dictis jam scriptor subjicit generalia *βαρβ. φόβων.*

Cap. 5., §§. 7. — 9. *Τὰ μὲν οὖν τῆς ἐπιβολῆς ἡμῶν τοιαῦτα· προσδεῖ δὲ τῶν τῆς τύχης, ἵνα συνδράμῃ τὰ τοῦ βίου πρὸς τὸ τὴν πρόθεσιν ἐπὶ τέλος ἀναγαγεῖν. Πέπεισμαι μὲν γὰρ, κἄν τι συμβῇ περὶ ἡμᾶς ἀνθρώπινον, οὐκ ἀργήσειν τὴν ὑπόθεσιν, οὐδ' ἀπορήσειν ἀνδρῶν ἀξιοχρέων, διὰ δὲ τὸ κάλλος πολλοὺς κατεγγυηθήσεσθαι καὶ σπουδάσειν ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν αὐτήν· ἐπεὶ δὲ τὰς ἐπιφανεστάτας τῶν πράξεων ἐπὶ κεφαλαίου διεληλύθαμεν, βουλόμενοι καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος εἰς ἔννοιαν ἀγαγεῖν τῆς ὅλης ἱστορίας τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὥρα μνημονεύοντας τῆς προθέσεως ἐπαναγαγεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως.* Hoc dicit Polybius, tale quidem esse institutum operis sui, quod ut ad finem perducat, fortuna se indigere; itaque, etsi persuasum habeat, non defuturos alios, qui exitum praeclari argumenti explicare studeant, tamen, quoniam praeparationem scripti sui absolverit, jam ipsum, haud expectata illorum opera, transire velle ad historiam, quam animo proposuerit, enarrandam. Oratio apte cohaerens, ut mireris offendisse *γὰρ* particulam, quae quo referenda sit, se nescire ait Schw.; Reiskeum quidem suspicatum esse, ante verba *Πέπ. μὲν γὰρ* haec vel quaedam ejusmodi intercidisse *καί τοι οὐ πάνυ γε*

διαφέρομαι, i. e. *quanquam in ea quidem re non admodum laboro*, vel certe *μέν τοι, verum tamen*, poni jussisse pro *μὲν γάρ*. „Forsan magis etiam placebit," inquit, „*μὲν γοῦν*, ut, scripturae compendio deceptus, librarius *γὰρ* pro *γοῦν* scripsisse intelligatur." His omnibus supersedere, ni fallor, possumus; nec multum refert, *μὲν* desiderari in nonnullis codicibus, casu, opinor, vel audacia librariorum, qui non opus eo esse existimaverint. Quodsi tamen novandum esset, mallem equidem: *Πέπ. μὲν δή, κἂν* etc., qui *γὰρ, δὲ, δὴ* permisceri a librariis sciam. v. Porson. ad Eurip. Medeam, Elmslej. *Review of Porson's Hecuba*, p. 248., aliique.

Cap. 6., §. 11. Pol., causas Persici Graecorum belli enumerans, postquam dixit, primam fuisse Xenophontis salvum reditum ex Asia superiore: *Δευτέρα δὲ*, inquit, *τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως Ἀγησιλάου διάβασις εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐν ᾗ ἐκεῖνος, οὐδὲν ἀξιόχρεων οὐδ' ἀντίπαλον εὑρὼν ταῖς σφετέραις ἐπιβολαῖς, ἄπρακτος ἠναγκάσθη μεταξὺ διὰ τὰς περὶ τὴν Ἑλλάδα ταραχὰς ἐπανελθεῖν*. Horum postrema sic reddidit interpres: *sed in medio conatu, propter tumultus in Graecia exortos, re infecta coactus erat redire*, minus quidem recte, quod ad *μεταξὺ* attinet, sed recte id exposuit Reisk.: *ἐν τῷ μέσῳ, ἐν ᾧ ἦν ἄπρακτος*. vide quae similia Herodoti et Platonis attulit Matth. gr. §. 556., 6., 1. ed. Igitur isto tempore Agesilaus simul otiosus fuit ab hostibus et sollicitus turbis in Graecia exortis. Quoniam vero, quae simul fiunt, ea celeriter solent fieri, inde *μεταξὺ* etiam *celeriter* significare visum est, quemadmodum Hesychius id exponit *ἐξαίφνης, μετ' ὀλίγον*. Quare illa, quae dixi, sic potius vertenda sunt: *dum otiatur, coactus est redire* etc., quasi graeca sint haec: *μεταξὺ ὢν ἄπρακτος ἠναγκ.* etc.

Cap. 12., §. 5. — *οὐδενὸς μᾶλλον φροντίζειν ὥστε μὴ λανθάνειν*. Bene Schw.: — *φροντ. ὡς τοῦ μὴ λανθ.*

Cap. 15., §. 9. *Καθόλου δ' ἦν πλήρης ἀλογίας καὶ θυμοῦ βιαίου· διὸ καὶ ταῖς μὲν ἀληθιναῖς αἰτίαις οὐκ ἐχρῆτο, κατέφευγε δ' εἰς προφάσεις ἀλόγους* —. Quis patienter audiat uno tenore dicentem *ἦν πλήρης ἀλογίας* et *κατέφ. δ' εἰς προφ. ἀλόγους*? Quovis pignore contenderim, Polybium vel *ἀτοπίας* dixisse, vel *ἀτόπους*, et illud quidem malim, quemadmodum *ὑποικουρουμένην ἀτοπίαν* dixit cap. 11., §. 3. Nihil novi est, *λ* et *τ*, *γ* et *π*, litteras permutari: videsis annotata nobis ad Homerum et Athenaeum.

Cap. 17., §. 8. *τότε μὲν ὑπόδειγμα τῷ πλήθει ποιῶν αὐτὸν, — καὶ παραβόλως διδοὺς αὐτὸν εἰς τοὺς κινδύνους*. Codex Bavar. utrobique: *αὑτὸν*, more Atticorum. similiter 1, 1. et 3. posuerim *τῆς αὑτῶν πραγματείας*, 2, 28, 7. *τοὺς εὐπετεῖς τῶν σάγων περὶ αὑτοὺς*, 2, 31, 2. *προσήνεγκε τὰς χεῖρας αὑτῷ*, inferius 68, 6. *ἐθεράπευε δ' αὐτὸν ἐπιμελῶς*, 75, 2. *τὴν παρεμβολὴν τὴν αὑτῶν*, 84, 4. *μὴ δυναμένους αὑτοῖς βοηθεῖν*, aliaque hujuscemodi.

Cap. 18., §. 3. — *καὶ θεωρῶν τοὺς ὑπεναντίους θαῤῥοῦντας ἐπὶ τῇ τῆς Δικαίου ὀχυρότητι καὶ ταῖς παρασκευαῖς, ἔτι δὲ τῷ δοκεῖν αὐτὴν ἀνάλωτον ὑπάρχειν* —. Verba *ἔτι — ὑπ.* sic reddidit interpres: *praesertim quod inexpugnabile illud oppidum eis videretur*, de se adjecto *eis*, quo detorquetur sententia: neque enim, quod Illyriis inexpugnabilis videbatur Pharus, propterea majorem fiduciam prae se ferebant, sed quia fama fuit, capi non posse oppidum, qua ipsa inprimis fama deterrere ab oppugnando eo sperabant Romanos aliosque hostes, sicut sane, aliis urbibus profuisse illum rumorem, docet historia.

Cap. 22., §. 6. *ἐὰν δέ τις βίᾳ κατενεχθῇ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ μηδὲν ἀγοράζειν, μηδὲ λαμβάνειν μηδὲν πλὴν ὅσα πρὸς πλοίου ἐπισκευήν, ἢ πρὸς ἱερά.* Mirum, hic non fieri mentionem commeatus (*ὕδατος ἢ ἐφοδίων* 24, 8., coll. 11.), sine quo instaurari navigatio non potest. quamobrem vel excidisse aliquid putandum est, vel *πλοίου ἐπισκευὴ* latiore sensu intelligenda quam 24, 11., ut significet generatim *copias* atque *ornamenta navis*, cujus tamen notionis exempla desidero.

Cap. 38., §. 4. *Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι χάριν τοῦ μὴ τελέως ἀνυπότακτον εἶναι τοῖς ἀπείροις τῶν τόπων τὴν διήγησιν, ἀλλὰ κατά γε τὰς ὁλοσχερεῖς διαφορὰς συνεπιβάλλειν καὶ φέρειν ἐπὶ τῇ διανοίᾳ τὸ λεγόμενον* —. Perspexit Schw., depravata esse verba *φέρειν — τὸ λεγ.*, sed quae proponit, *φ. ἐπὶ τῆς διανοίας*, vel *φ. ἐπί τι τῇ διανοίᾳ*, vel etiam per transpositionem *φ. τῇ διανοίᾳ ἐπὶ τὸ λεγ.*, quod significet „*conferre se*, vel *tendere, respicere, cogitationem suam in aliquid dirigere*,“ non habent speciem veritatis, nec dubito, quin satius sit ponere *φ. ἐπὶ τὴν διάνοιαν, conferre ad cogitationem*, quae phrasis etsi nova videtur, tamen non caret analogia, et potest huc referri etiam *τὸ συνεπιβάλλειν*, tanquam *ἐκ παραλλήλου* dictum, quod genus hic noster adamat.

Cap. 40., §. 12. *οἱ δὲ Βοῖοι, συνέντες αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, ἔν τισι δρυμοῖς ἑτοιμάσαντες ἐνέδρας, ἅμα τῷ παρελθεῖν εἰς τοὺς ὑλώδεις τόπους πανταχόθεν ἅμα προσπεσόντες πολλοὺς ἀπέκτειναν τῶν Ῥωμαίων.* Non placet *ἅμα* bis illatum, nec opus altero. scribamus: *παντ. ἄρα προσπεσόντες* etc. Elegans usus *τοῦ ἄρα* in apodosi: v. Bornemann. indice Cyripaediae. Eandem maculam cum Thucyd. 5, 1. eluimus, tum Athen. 578, b, et ipsae quoque *μ* et *ρ* litterae sibi officere invicem solent, ut annotavit Schaefer. Melet. crit. p. 112. et sequ.

Cap. 44., §. 5. *συναγαγών*. Vellem sane liber aliquis suppeditaret *συναγείρων* seu potius *συναγείρας* (2, 18, 7.), quia sequitur *εἰσήγαγε*: verum similiter *συναγαγὼν* et *παρήγαγε* copulata sunt 62., 3., et omnino negligentior in eo genere est hic noster, utpote vir *πρακτικὸς*, magis res spectans quam verba.

Cap. 46., §. 10. *σχεδίων δυοῖν*. Ponendum *σχεδ. τῶν δυοῖν*: dicit enim rates illas, §. 4. commemoratas. fraudi fuerit articulo *-ιῶν* simile vicinum.

Cap. 55., §. 1. *ἄρτι τῆς ἐπιετοῦς πεπτωνίας.* Schw. lexico Polyb.: „*Ἐπιετὴς χιών*, nix anni insequentis, *ni potius:* hujus anni, anni praesentis," hoc quidem loco indicato, tanquam sede ejus adjectivi; nec alium laudavit Schneiderus. Quodsi est *ἅπαξ λεγόμενον*, videndum, an recte habeat *ἐπιετὴς*, neque *ἀναλογώτερον* sit *ἐπετὴς*, ut *ἐπέτειος*. atqui Vatic. et Flor.: *ἐπὶ τοὺς*, quasi *ἐπετοῦς* fuisset in antographis librariorum. nec spreverim *τῆς ἐπ' ἔτους* (*χιόνος*), *hornae nivis*, ex quo extitisse putes, neglecto apostropho, primum *ἐπὶ ἔτους*, dein verbis coalescentibus *ἐπιέτους* et, accedente correctore, *ἐπιετοῦς*.

Cap. 58., §. 7. *οὐδ' οὕτως ἤννε τὸ προκείμενον*, *ne sic quidem assequebatur propositum.* Interpres: *ne sic quidem multum profecisset*, quasi legisset o. *οὕτως ἂν ἤννε τὸ πρ.*, quo nihil opus.

Cap. 66., §. 3. *τοῦ πρώτου ποταμοῦ.* Hallucinantur viri docti, ut solent, ubi explicare conantur depravata: velut Cluverius Ital. antiqu. pag. 239. reponi jussit *τοῦ Πάδου*, quod reddidit Perottus; Jacobo Gronovio et Schweighaeusero in mentem venit, verba *τοῦ προειρημένου* nescio quo casu abiisse in vulgatam scripturam; Reiskeo placebat *ἕως μέν του κατὰ ῥοῦν τοῦ ποταμοῦ* eodem sensu. de Ticino non esse cogitandum, ut *ὁ πρῶτος ποταμὸς* dicatur *prior fluvius* sive is, ad quem primum pervenerit Hannibal, intellexit Schw. Quid multa? Scribendum: *τοῦ πρὸ ὁδοῦ ποταμου*, *obvii* sive *objecti fluvii*. *δ* et *τ* litteris confusis, ut apud Homerum, Athenaeum aliosque, *προοτου* facile mutatum fuerit in *πρωτου*, praesertim scriptura continua.

Ibidem, §. 9. *καὶ στρατοπεδεύσας περὶ πόλιν Πλακεντίαν.* Iambus senarius, quod genus versuum vix evitari posse ait Cicero in sermone quotidiano. pariter apud Thucydidem aliosque oratores metrica non unius generis deprehendas.

Cap. 72., §. 9. *τὰ δὲ θηρία μερίσας πρὸ τῶν κεράτων δι' ἀμφοτέρων προεβάλλετο.* Haec soloeca sunt, quidquid molitur Schw., neque ad probandum, graece dicta esse, valent quae attulit ad 2, 68, 8. Scribendum sine dubio est *πρὸ τῶν κερ. δὴ ἀ. πρ.* cf. annotata ad 1, 4, 1.

Cap. 76., §. 4. *ἅμα δὲ προϊὼν ἃς μὲν προσήγετο, τὰς δὲ κατεστρέφετο τῶν πόλεων.* Flor. et ex illo Reg. B et C: *τὰς μὲν* etc., a correctione, puto. probabiliter Schw.: *ἃς μὲν —, ἃς δὲ —.*

Cap. 82., §. 4. *φυλάττεσθαι δὲ καὶ προσέχειν τὸ πλῆθος τῶν ἱππέων.* Schw.: „*προσέχειν τὸ πλῆθος* non stare posse videtur: quare aut ante *φυλ.* reponendum *προσέχειν*, ut 5, 98, 8., quod voluit Reiskius; aut *διὰ τὸ πλῆθος* scribendum, quod suasit Gronov. in ora sui exempli." Neutrum horum verisimile videtur, sed infuscatum esse arbitror *προσέχειν*, cum Pol. dixisset *προσέχον τὸ πλ. ἱππ.*, *attentam* vigilemque *multitudinem equitum* Hannibalis.

Cap. 86., §. 7. *Διὸ καὶ, παρέντες τὴν κατ' ἐνιαυτὸν ἀγωγὴν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν αἵρεσιν τῶν ἀρχόντων, μειζόνως ἐπεβάλοντο βουλεύεσθαι περὶ τῶν ἐνεστώτων, νομίζοντες αὐτοκρά-*

τορος δεῖσθαι στρατηγοῦ τὰ πράγματα καὶ τοὺς περιεστῶτας καιρούς. Verba ταυτολόγα et nullius ponderis τὰ πράγματα — καιροὺς si abessent, nemo requireret, et possunt sane videri allita a glossatore ad aliorum locorum similitudinem.

Cap. 87., §. 2. ὁ λεγόμενος λιμόψωρος. Interpres suo periculo: „quem (morbum) Graeci *limopsoron*, quasi dicas *scabiem e fame oftam*, nominant.“ Schw. lexico Polyb.: „ὁ λιμόψωρος, scabies e fame et pravis nutrimentis orta,“ et similiter Schneider. lex. gr.; sed neque famem Polyb. memorat in causis hujus morbi, neque eum ex illa contrahi narrant medicorum filii: itaque vereor ne Polyb. dixerit λοιμόψωρος, *scabies pestifera*. iotacismo usus, qui dictaret, videtur in errorem induxisse librarium.

Verba καὶ τοιαύτη καχεξία suspicor adscripta esse ab eo, qui legisset ista capite sequente ἐξεθεράπευσε τὴν καχεξίαν, quaeque illis subjecta sunt, καὶ τὴν ψώραν, non dubito attribuere glossatori.

Cap. 98., §. 3. συλλογισμὸν Ἰβηρικὸν καὶ βαρβαρικόν. glossema: neque enim eandem rem simul speciatim et generaliter dixerit scriptor intelligens, neque, barbaros esse Hispanos, ignorabant lectores Polybii. Cf. annotata ad 3, 5.

Cap. 100., §. 8. χώρας εὐεφόδου καὶ πεδιάδος. Etiam hic facinus deprehendere mihi videor explicatoris, qui recens fuerit a lectione aliorum hujus historiae locorum, in quibus commemoratur χώρα πεδιὰς, quae eadem nunc vocatur εὐέφοδος: v. 2, 16, 7.; 10, 48, 4.

Cap. 117., §. 3. ἐκ δὲ τῶν πεζῶν μαχόμενοι μὲν ἑάλωσαν εἰς μυρίους· οἱ δ' ἐκτὸς ὄντες τῆς μάχης. Dormitavit Schw., cum haec scripsit: „Verba οἱ δ' ἐκτὸς ὄντες τῆς μάχης quae quidem agnoscunt libri nostri omnes, a librario aliquo ex versu 7. huc adsuta insertaque videri possunt. Pugnare sane haec inter se videntur, μαχόμενοι μὲν ἑάλωσαν, sed ἐκτὸς ὄντες τῆς μάχης. Nempe *pugnantes* quidem capti sunt, sed *in castris* oppugnati, non *in proelio* stantes.“ Imo bene habent omnia, siquidem verba οἱ — μάχης hoc sonant: *alii vero extra pugnam* (capti sunt), minime obscuro usu articuli; neque insolens est οἱ δὲ, non antecedente οἱ μέν: v. Matth. gr. §. 288, 2, d, 1. ed. quam ad faciem et illa, quae dicit vir optimus, §. 7., οἱ δὲ ζωγρηθέντες τῶν Ῥωμαίων ἐκτὸς ἐγένοντο τοῦ κινδύνου, sic vertenda sunt: *Nonnulli vero Romanorum proelio non interfuerunt, quippe capti* etc.

Cap. 118., §. 4. μεγάλας δ' εἶχον ἐλπίδας ἐξ ἐφόδου καὶ τῆς Ῥώμης αὐτῆς ἔσεσθαι κύριοι. Schw. scholio: „μεγάλας δ' αὐτοὶ εἶχον malim,“ cum αὐτοὺς intelligeret Carthaginienses. At vero id noluit Polyb., sed Italos spem concepisse dicit, fore, ut Roma ipsa potirentur, ducibus scilicet Carthaginiensibus, quorum non minore illi odio habebant Romanos, neque id injuria.

## Liber quartus.

Cap. 2., §. 3. *Τὸ γὰρ ἀνωτέρω προσλαμβάνειν τοῖς χρόνοις, ὡς ἀκοὴν ἐξ ἀκοῆς γράφειν, οὐκ ἐφαίνεθ' ἡμῖν ἀσφαλεῖς ἔχειν οὔτε τὰς διαλήψεις, οὔτε τὰς ἀποφάσεις.* Ita Schw., auctore Casaubono, et recte quidem, quod posuit *οὔτε τὰς διαλ.* pro *ο. γὰρ δ.*, quod habent scripti, cum *γὰρ* merus error librarii esse videatur, litteras consimiles permutantis, sed praeter necessitatem repudiata codicum praeter B regii, qui est recentissimus, scriptura *τὸ ἀσφαλὲς*, i. e. *ἀσφάλειαν*. Postrema sic reddidit interpres: *quod nec satis clarae notiones earum rerum informari possunt, nec de earundem veritate satis certo judicari potest.* enimvero non inest in voce *ἀπόφασις* significatio judicandi. malim igitur: — *nobis non videbatur tutum neque quod ad notiones, neque quod ad expositiones attinet.*

Ibidem, §. 4. *Μάλιστα δὲ ἀπὸ τούτων ἠρξάμεθα τῶν καιρῶν διὰ τὸ καὶ τὴν τύχην ὡσανεὶ κεκαινοποιηκέναι πάντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐν τοῖς προειρημένοις καιροῖς.* Molestum est *τῶν καιρῶν* consequente *καιροῖς*, nec dubito quin illud ex interpretatione fluxerit.

Cap. 3., §. 3. — *νομίζοντες ἀξιωτέρους εἶναι σφᾶς πρὸς τὸ πολεμεῖν αὐτοῖς Ἀχαιοῖς*, *se putantes dignos, qui ipsis Achaeis bellum inferrent*, vel: *se putantes eos, quos deceret bellum gerere cum ipsis Achaeis.* Temere Schw.: „*ἀξιωτέρους* prorsus nihili est.“ qui in ipso ordine ausus est collocare *ἀξιοχρεωτέρους*, et in annotatis commendat *ἀξιοχρέους*, quorum neutro opus est.

Cap. 5., §. 7. *οὐκ ἐρεῖν ἐγκλήματα ἀμυνομένοις.* Sollicitarunt haec Scaliger et Schw., ille proponens *οὐκ ἀρεῖν*, hic *οὐ φέρειν, οὐχ εὑρεῖν, οὐχ ἕξειν*, quasi non recte diceretur *ἐρεῖν ἔγκλημά τινι* pro *ἐγκαλεῖν τί τινι*, sicut haec et similia *ἐρεῖν κακὰ, εὐχὰς, λόγους, μαντεύματα*, leguntur apud Euripidem aliosque scriptores. Quodsi quid novandum esset, mallem: *Ἀχαιοὺς δ' — οὐ κυρεῖν ἐγκλ. ἀμ.*, *Achaeos non inventuros esse, quae vim defendentibus objiciant*; sed perstandum puto in scriptura librorum.

Cap. 8., §. 9. — *καὶ τῆς γε* (non *τὲ*) *πολεμικῆς χρείας, τῆς κατ' ἄνδρα μὲν καὶ κατ' ἰδίαν, εὐχερεῖς καὶ πρακτικοὶ, κοινῇ δὲ καὶ μετὰ πολεμικῆς ἐνίων συντάξεως ἄπρακτοι.* Vereor ut stare possit *ἐνίων*, vox parum apta sententiae et ea, quae sponte intelligatur. quam Schw. quoque miratus cogitabat de ponendo *ἔργων*, constructione verborum intolerabili. Verisimilius videtur — *καὶ μετὰ πολ. ὄντων* (scil. *τινῶν*) *συντάξεως*, i. e. *καὶ συντεττομένων πολεμικῶς*. Litteras *ε* et *ο* confusas interdum reperias, velut apud Aeschylum non semel, Euripidem Suppl. 330., Aristophanem Vesp. 1070., Homerum Odyss. *χ'*, 26., itemque *ι* et *τ* videntur sibi offecisse cum alias, tum in utroque hujus carmine et Athen. 41, f, ubi quidem *Φειᾷ* scripserim pro *Φέτᾳ* inaudito. hinc, opinor, extitit *ἐνίων*.

Cap. 10., §. 4. *τοῖς ἐκπεμπομένοις ταῦτα, propterea missis.* Perperam Reisk.: *μετὰ ταῦτα*, nec quidquam in hic offendo impediti, ut visum Schweighaeusero: quippe usitatum est eo sensu *ταῦτα*, docentibus grammaticis lexicographisque.

Cap. 13., §§. 6, 7. *Τὴν μὲν οὖν αἰτίαν καὶ τὴν ἀφορμὴν ὁ Συμμαχικὸς πόλεμος ἔσχεν ἐκ τούτων· τὴν δ' ἀρχὴν ἐκ τοῦ μετὰ ταῦτα γενομένου δόγματος ἁπάντων τῶν συμμάχων, οἳ συνελθόντες εἰς τὴν τῶν Κορινθίων πόλιν ἐπεκύρωσαν, διαπροστατεύσαντος τὸ διαβούλιον Φιλίππου τοῦ βασιλέως.* Recte Cas., Reisk., Schw. suadent *ὃ συνελθ.* sublestae autem fidei verbum est *διαπροστατεύειν*, neque alias obvium. inepte Reisk.: *διὰ προστ.*, quasi concilium Achaeorum per Philippum sanxisset decretum illud suum. Scribamus: — *ὃ συνελθ.* — *ἐπεκύρωσαν δή, προστατεύσαντος* etc. de *δή* et *διά* saepius confusis dixi ad 1, 4, 3. et 72, 9., 5, 57, 7., nec raro *δή* ponitur extrema sententia, velut Thucyd. 4, 78., Eurip. Andromacha, 1202.

Cap. 20., §. 2. *ἄξιον, βραχὺ διαπορῆσαι περὶ τῆς Κυναιθέων ἀργιότητος.* Confidenter interpres: *non alienum sit, de feritate Cynaethensium paucis disquirere.* Nusquam, si bene memini nec lexica fallunt, *διαπορεῖν* valet *disquirere*, sed *dubitare, anxium* sive *consternatum esse*, quo quidem sensu aliquoties apud hunc nostrum legitur verbum haud quotidianum. Mirum est, haec dissimulare viros doctos, neque suspicari errorem librarii. equidem mendum subesse arbitror, veramque Polybii scripturam habeo *διϊστορῆσαι, perquirere, investigare*, neque id hoc tantum loco restituerim, sed etiam 12, 24, 1., ubi cum haec ostendant codd.: *Διαπορεῖν ἐστι περὶ τῆς αἱρέσεως Τιμαίου*, Schw. nimia fiducia excudi jussit *Οὐ διαπορεῖν* etc., quod ita reddidit: *De Timaei ingenio atque studio non est quod dubitemus*, nos sane malumus *Διϊστορεῖν ἔστι*, vel, immissa conjunctione, quae facile interciderit, *Διϊστορεῖν δὲ ἔστι π. τ. α. T., inquirere autem licet in indolem*, sive *ingenium, Timaei*; qua ratione haec apta jungantur superioribus, in quibus Pol. maledicentiam Timaei exagitat. inferius autem, 77, 4., ubi membranae: *περὶ μὲν τούτων σκέπτεσθαι καὶ διαπορεῖν*, verbo *διϊστορεῖν*, quod ibi quoque reposuerim, vel eadem notio subjecta est, vel vertendum *narrare, exponere*, ut apud Paulum Silentiarium (v. Schneider. lexico gr. h. v.); in quo verbo *διὰ* est *αὐξητικόν*, sicut passim. De probabilitate hujus correctionis palaeographica non opus dicere.

Ibidem, §. 10. *ὁμοίως γε μὴν καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον τὰς ἀγωγὰς τὰς ἐν ταῖς συνουσίαις οὐχ οὕτω ποιοῦνται διὰ τῶν ἐπεισάκτων ἀκροαμάτων, ὡς δι' αὐτῶν, ἀνὰ μέρος ᾴδειν ἀλλήλοις προστάττοντες.* Mirifice eruditos exercuit vox *ἀγωγὰς*, cui Schw. substitui jubens *διαγωγὰς* laterem lavat. Aut magnopere fallor, aut hoc dedit Pol.: — *τοὺς ἀγῶνας τοὺς ἐν τ. α., certamina convivalia*, i. e. cantus, scolia, et quidem eorum genus illud, quod tertio loco numerat Athenaeus 694, b. *τὸ δὲ τοιοῦτον ᾆδετο*, inquit, *ὁπότε τὰ κοινὰ καὶ πᾶσιν ἀναγκαῖα τέλος λάβοιεν· τηνικαῦτα γὰρ*

ἤδη τῶν σοφῶν ἕκαστον ᾠδήν τινα καλὴν εἰς μέσον ἠξίουν προσφέρειν. Verbum ἀγῶνας inventum in autographis suis librarii Deipnosophistae videntur omisisse 626, c, tanquam id, quod intelligendum esset ex superioribus. Ceterum, α et ου, itemque γ et ν, permisceri solere in codicibus, non est obscurum.

Cap. 24., §. 2. τῶν συνόντων καὶ μάλιστα τῶν παρακειμένων. Incommode dictum, quasi alii essent οἱ συνόντες, alii οἱ παρακείμενοι, cum iidem significentur, amici regis. malim igitur: τ. σ. καὶ μ. τῷ (i. e. τούτῳ, τῷ προεστῶτι τῶν ὅλων,) παραπ. sic 2, 56, 16: ὑπέρ γε τῶν, pro τούτων, etc.

Cap. 25., §. 3. — Ἀκαρνάνων δὲ παραδεικνυόντων, τίνα τρόπον συστησάμενοι στρᾶξιν ἐπὶ Θύριον νυκτὸς, ἔτι καὶ προσβαλεῖν τολμήσαιεν τῇ πόλει. Ita haec interpuncta nihil difficultatis habent, quam invenire sibi visus Schw. delevit καί. Libri: — Θύριον νυκτὸς ἔτι, καὶ προσβ. etc., quae haud concoquens Reisk. tentabat καὶ ἄφνω προσβ. etc., Schweighaeusero ne id quidem vel quiddam ejusmodi repudiante. sed hoc dicere arbitror Polybium, Aetolos, frustrata quondam proditione Thyrii nocturna, praeterea etiam palam aggredi ausos esse illud oppidum.

Ibidem, §. 4. — ἐπιβουλεύσαιεν δὲ κατὰ τὴν Θάλατταν Πύλῃ, κατὰ δὲ γῆν ἅρτι συνοικιζομένῃ τῇ Μεγαλοπόλει τῶν Ἰλλυριῶν ἀνάστατον αὐτὴν ποιῆσαι. Manifesto corrupta, nec persuadet Schw., ponendum esse μετὰ τῶν Ἰλλ., quo facto tamen asyndeton horum verborum restat curandum. Fortasse Pol. dixerat: — τῇ Μεγ., τὸν δὲ Ἰλλυριὸν ἀ. α. π., Illyrium, i. e. Illyrios, socios Aetolorum. 5, 33, 5.: τὴν Ἑλλάδα καὶ Βάρβαρον. cf. Matth. gramm. gr. §. 292. δὲ forte exciderit, ut Soph. Oed. Col. 13., Aristoph. Thesm. 970. et alias.

Cap. 28., §§. 4, 5. Queritur Schw. horum obscuritatem ac difficultatem, quibus mederi studuerit signis immissis parentheseos; sed plana sunt omnia, modo sic interpungas: — τὴν ἀναφορὰν ἔχειν· οὕτω γὰρ ἥ τε περὶ τὰς ἀρχὰς ἑκάστων ἔσται διήγησις σαφὴς, ἥ τε συμπλοκὴ καταφανὴς, περὶ ἧς ἐν ἀρχαῖς ἐνεδειξάμεθα, παραδείξαντες, πότε, καὶ πῶς, καὶ δι' ἃς αἰτίας γέγονε, λοιπὸν ἤδη κοινὴν ποιήσασθαι περὶ πάντων τὴν ἱστορίαν, intellecto ὥστε in verbis λοιπὸν — ἴστ.

Cap. 30., §. 2. — ὑπερτιθεμένοις καὶ καταμέλλουσι, καὶ παθόλου δεδιόσι τὸν ἀπὸ τῶν ἀστυγειτόνων πόλεμον. Glossema esse καταμ., non tam inde colligas, quod idem propemodum valet atque ὑπερτιθ., quam ex eo, quod tenorem et constructionem orationis interrumpit, verbis τὸν πόλεμον non solum referendis ad δεδιόσι, sed etiam ad ὑπερτιθ., cum per se dicatur καταμέλλειν: v. 5, 7, 4. et inferius 60, 7. et 9.; 76, 8., quos locos Schw. indicavit in lexico Polyb. h. v., nec praetervidit 1, 44, 1., ubi pariter, ipso auctore, καταμελλῆσαι reponendum est pro καταμελῆσαι. Eundem errasse puto, cum 10, 30, 7. verba ὑπερτιθέμενοι καὶ προσβαίνοντες πρὸς τὰ πλάγια τῶν χωρίων οἱ περὶ τὸν

*Διογένην ὑπερδέξιοι τῶν πολεμίων ἐγίγνοντο* ita reddidit: *Diogenes et qui illum sequebantur, dilata paulisper pugna, transversis itineribus, ascendentes supra caput hostium evaserunt.* qnippe apparet, *ὑπερτιθέμενοι* eo loco neque significare *differentes*, neque *ulterius progressos*, ut vertit Cas., sed *superantes*, ut intelligantur *ὑπερτιθέμενοι τὰ ὄρη*, quod verbum in superioribus positum subaudias: ascensis enim montibus hostem a tergo adortus est Diogenes.

Cap. 31., §§. 5, 6. Accusationi huic Pindari probabiliter respondet Thiersch. ed. et interpr. poëtae, vol. 2. pag. 257. ad 259.

Cap. 32., §. 2. *διὸ, πολλὰς μὲν περιστάσεις καὶ καιροὺς ἔχοντες, ἐνίοτε δὲ καὶ φόβους κ. κινδύνους, διωλίσθανον.* Imo: *φόνους κ. κινδ., caedes et pugnas* per gradationem: nam metus quidem afferunt etiam tempora difficilia (*περιστάσεις κ. καιροί*). verba *φόβος* et *φόνος* haud raro permutata sunt in libris: v. Porson. ad Eurip. Hecub., Orest., Med.

Ibidem: *ἠθροίζετο δὲ κατὰ τὴν πρόθεσιν ταύτην ἀεὶ τὸ κεφάλαιον αὐτοῖς.* Desidero genitivum rei, cujus *κεφ.* dicat Pol., cumque res ea intelligenda sit culpa vel damnum, *αὐτοῖς* videtur depravatum, pro eoque reponendum *ἄτης*, quod vocabulum, frequens apud Homerum et Tragicos, non abjudicaverim ab oratore studioso poëseos, qualis est hic noster. *α, αι, αυ*, item *η, ω, οι*, permiscentur nonnunquam in codicibus.

Cap. 36., §. 6. *ἐξενεγκεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν πόλεμον.* Verba supervacua, sublecta, puto, §. 1.

Ibidem, §. 7. *Παραδόξως δὲ καὶ κατὰ νοῦν τοῖς Αἰτωλοῖς τῶν πραγμάτων προκεχωρηκότων.* Pro glossemate habenda essent verba *καὶ κατὰ νοῦν*, nisi *καὶ* pro *ὡς* scriptum videretur, mendo haud infrequente. *ὡς κατὰ νοῦν* dictum pro *κατὰ νοῦν*, sicut *ὡς ἀληθῶς* pro *ἀληθῶς* etc.

Cap. 38., §. 4. *πρὸς μὲν γὰρ τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρείας, τά τε δέρματα καὶ τὸ τῶν εἰς τὰς δουλείας ἀγομένων σωμάτων πλῆθος*, etc. Ita codd., cum ab uno Urbinate discesseris, in quo habetur *θρέματα* sive *θρέμματα*, quod Schw. accivit. „*pecora* enim," inquit, „ad necessarios pertinent vitae usus, non *coria*." Audio; sed mirum foret, si verbum tritissimum aptissimumque abiisset in minus frequens, minus aptum, dissimiliusque alteri quam quod casu invectum esse videatur. quare ponendum censeo *τά τε ἐδέσματα*. id, persimile vulgatae scripturae *), vocabulum legitur apud Xenophontem Hierone, cap. 1., et bis in Batrachomyomachia, eoque magis accipiendum est, quo latius patet ejus significatio.

Cap. 40., §. 1. *Ἐπεὶ δ' ἐπὶ τὸν τόπον ἐπέστημεν, οὐδὲν ἀφετέον ἀργὸν, οὐδ' ἐν αὐτῇ τῇ φύσει κείμενον.* Ponamus, quae graeca sint: — *ἐπέστ., οὐδ' ἀφ. ἀργὸν οὐδὲν ἐν α. τ. φ. κ.*

---

*) ϱ et σ etiam apud Eupolidem, Athen. 646, f, confusa puto, siquidem ibi pro insulsis Ὅς Χαρίτων μὲν ὁμιχεῖ scribendum est Ὅς Θάσιον μ. ὁ.

Ibidem, §. 8. de Maeotide: *τὸ γάρ τοι πλεῖστον αὐτῆς μέρος ἐν ἑπτὰ καὶ πέντε ὀργυιαῖς ἐστι.* Vertunt: *nam in plerisque illius partibus non ultra 7 aut 5 ulnarum est ejus altitudo*, nec male, sed *altitudo* est *μῆκος*, non *μέρος*, cujus in locum illud sufficiendum esse arbitror. videntur forte scripsisse *μῆρος*, quod data opera corrector in *μέρος* mutaverit.

Cap. 41., §. 3. *Τοῦ δὲ μὴ παρ' αὐτὴν συνίστασθαι τὴν γῆν* —. Perperam interpres: *Quod autem ager ille non propius terram crescit.* Imo: *consistit*, nec fertur ulterius. sic ipse §. 6. verba *τῶν δ' ἐλαττόνων καὶ πρόῳως ῥεόντων παρ' αὐτὰς τὰς εἰσβολὰς οἱ θῖνες συνίστανται* recte vertit: *minorum vero fluminum et leniter fluentium prope ipsa ostia aggeres consistunt.*

Cap. 43., §. 1. *Τοῦ δὴ στόματος, τοῦ τὸν Πόντον καὶ τὴν Προποντίδα συνάπτοντος, ὄντος ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων τὸ μῆκος, — καὶ τοῦ μὲν Ἱεροῦ τὸ πρὸς τὸν Πόντον πέρας ὁρίζοντος, τοῦ δὲ κατὰ Βυζάντιον διαστήματος τὸ πρὸς τὴν Προποντίδα, μεταξὺ τούτων ἐστὶν Ἑρμαῖον* etc. Scribendum: *τοῦ μὲν Ἱεροῦ* etc., *καὶ* deleto, quod immiserit aliquis ineptus, qui putaret dici intervallum inter ipsum fretum (*στόμα*) et fanum illud (*τὸ Ἱερὸν*), cum hoc significet Pol., Hermaeum esse situm inter fanum et Byzantium, quibus utrimque in utroque littore terminatur fretum.

Ibidem, §. 3. *Κατὰ μὲν δὴ τὸν ἄλλον τόπον ἀπὸ τοῦ Πόντου παραπλήσιός ἐστιν ἡ φορὰ τοῦ ῥεύματος διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς παρ' ἑκάτερον τὸ μέρος τῷ στόματι παρηκόντων τόπων.* Haec triplici modo affecta sunt. primum non de uno tantum loco hic agitur: quare ponamus necesse est *Κατὰ μὲν δὴ τῶν ἄλλων τόπων — ῥεύματος, Igitur versus*, sive *adversus, cetera loca inde a Ponto similis est cursus aquae.* deinde *τῆς* non habet ex quo pendeat, nec dubium videtur quin scribendum sit *τῶν*, cum *παρηκόντων* non possit carere articulo. (permutari nonnunquam *η* et *ω*, saepiusque *ν* et *σ* litterarum formas finales, nemo paulo humanior ignorat.) tum inducendum est *τόπων*, moleste illud repetitum nec necessarium, quod cave a Polybio profectum putes.

Cap. 45., §. 5. *διόπερ ἀϊδίῳ συνέχονται καὶ δυσχερεῖ πολέμῳ.* Dixit Pol. §. 1. hujus capitis: *ἀΐδιον ἔχουσι πόλεμον καὶ δυσχερῆ πρὸς τούτους.* quis sibi persuadeat, eum haec brevi intervallo repetiisse? Equidem haec tantum ab eo esse arbitror: *διόπερ συνέχονται πολέμῳ*, cetera vero immigrasse ex superioribus. sic 1, 7, 9.: *οὐ μὴν εἶχόν γε ποιεῖν οὐδὲν διὰ τὸ συνέχεσθαι τοῖς προειρημένοις πολέμοις.*

Cap. 50., §. 3. — *βουλόμενοι μηδεμίαν ἀφορμὴν μηδενὶ καταλιπεῖν, μήτε κατὰ τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόντων ἐμπόρων, μήτε περὶ τοὺς δούλους καὶ τὰς ἐξ αὐτῆς τῆς θαλάττης ἐργασίας.* Loci hujus sententiam sibi parum perspectam esse ait Schw.; nobis hoc dicere videtur scriptor, Byzantios magno pretio emisse castellum istud in ora Asiatica Bospori Thracii extrema eo consilio, ut mercatoribus, servis, piscatoribus et nautis omnem occasionem fa-

ciendi quidquam se invitis adimerent, mercatoribus non solvendi vectigal, servis aufugiendi ad Hieron, etc.

Cap. 52., §. 1. *διέχοντος τὰς χεῖρας, dirimentis acies* infestas. sic malim quam proprie intelligi *τὰς χεῖρας*. v. 1, 26, 5.

Ibidem, §. 2. *Πυθόμενοι δὲ Ῥόδιοι τήν τε τοῦ Καυάρου σπουδὴν κ. τὴν ἐντροπὴν τοῦ Προυσίου, σπουδάζοντες δὲ καὶ τὴν αὐτὴν πρόθεσιν ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν, πρεσβευτὴν μὲν Ἀριδίκην προεχειρίσαντο* etc. Scribamus: *σπουδάζοντες δὴ* etc. nec ferendum in viro censeo nomen *Ἀριδίκην*, sed reponendum *Ἄριδικον*, quemadmodum *Εὐθύδικος, Ἀριστόδικος*, et ad significandum utrumque genus *Πρόδικος* = *Προδίκη*; *Εὔιππος* = *Εὐίππη*, *Εὔμολπος* = *Εὐμόλπη*, aliaque hujusmodi dicuntur.

Ibidem, §. 7. *καὶ τὰ βέλη τὰ καταληφθέντα ἐν τοῖς ἐρύμασιν*. Non ita male Florent. et B Reg. *καταλειφθέντα*, *relicta* propter festinatum abitum, ingruente hoste.

Cap. 60., §. 8. *Πᾶς γὰρ ὁ κινδυνεύων, ἕως μὲν ἄν τινος ἐλπίδος ἀντέχηται παρὰ τῶν οἰκείων κ. συμμάχων, προσανέχειν φιλεῖ ταύταις*, i. e. *ταύταις ἐλπίσι*, quod proclive est intelligi ex verbis *τινὸς ἐλπίδος*, in quibus inest non unius spei significatio; frustra igitur codex B: *προσαν. φιλεῖ ταῖς ἐλπίσι ταύταις*.

Cap. 62., §. 3. *κατὰ τὴν ἔνστασιν τοῦ πολέμου καὶ τὴν πρώτην πρᾶξιν*. glossema videntur esse verba, quae littera subducta notavimus *).

Cap. 63., §. 8. *τοὺς ὄντας τῶν Αἰτωλῶν*. Recte Schw.: *τοὺς ἐνόντας*, ut §. 2. potest, ut praepositioni offecerit *ον* syllaba similis, quae sequitur. cf. 75, 6.

Ibidem, §. 10. *Μετὰ δὲ ταῦτα σιτομετρήσας εἰς τριάκονθ' ἡμέρας τὴν δύναμιν ἐκ τοῦ περικαταληφθέντος σίτου — προῆγε τὴν δύναμιν* etc. Absunt posteriore loco verba *τὴν δύναμιν* a Vaticano, Flor., August. et A Regio, nec modo carere illis potest, ut censet Schw., sed prorsus delenda sunt, tanquam temere inculcata, siquidem *προῆγε* vel per se dictum est, ut passim, vel pertinet ad superiora illa *τὴν δύναμιν*.

Cap. 65., §. 4. *τὰς δ' οἰκήσεις διαλύων, τὰ ξύλα καὶ τὸν κέραμον εἰς σχεδίας καθήρμοζε τῷ ποταμῷ μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας εἰς τοὺς Οἰνιάδας*. Operam et oleum perdunt, qui explicare malunt quam emendare verba *τὰ ξύλα — Οἰν.*: ponamus *καθώρμιζε* sensu aoristi concise dixit Pol. *εἰς τὰς σχεδ. καθώρμιζε* pro *ἐνθεὶς εἰς τ. σχ. καθ.*, *ratibus imposita devexit Oeniadas*, neque opus scribi, quod tamen facillimum, *ἐν σχεδίαις*. forte *η* et *ω* permutatis, ut alias (v.annot. ad 32, 2.), librarius dederit *καθηρμιζε*, verbum sensu cassum, quod sedulo mutatum fuerit in *καθήρμοζε*. notum *καθορμίζειν* ex Aeschylo Prom. 940.

Ibidem, §. 6. *ἐξαυτῆς*. Vox incertae fidei. sane malim

*) Eo signo glossemata notabimus in iis, quae sequuntur.

ἑξαῦτις, ut Iliad. ε', 134., qui saepe η et ι confusa sciam vitio iotacismi.

Cap. 71., §. 1. *Ταῦτ' οὖν πάντα συνορῶν καὶ λογιζόμενος ὁ Φίλιππος τὰ μὲν ἀφίστατο τοῖς λογισμοῖς τοῦ βιάζεσθαι καὶ πολιορκεῖν τὴν πόλιν* etc. Verbo *συνορᾶν* aliquis videtur adscripsisse *καὶ λογιζόμενος*, qua interpretatione nec per se opus est, et eo minus, quod sequitur *τὰ μὲν ἀφ. τοῖς λογισμοῖς τοῦ β.* Etiam *πολιορκεῖν* habeo pro glossemate, ut cujus notio insit verbo *βιάζεσθαι*.

Ibidem, §. 5. verba *καὶ βιάζεσθαι* suspicionem habent, quippe quae non modo abesse salva sententia possunt, verum etiam eo nomine displicent, quod *βιάζ. πρός τι* vel *διά τι* (5, 4, 9.: *βιάζεσθαι διὰ τοῦ πτώματος*) non idem valet *τῷ προσβάλλειν πρός τι*, sed hoc est *adoriri aliquid*, illud autem *vi penetrare* seu *perrumpere aliquo* vel *per aliquid*, quod hic non agitur. cogitaverit glossator *βιάζεσθαι πόλιν*, ut §. 1.

Ibidem, §. 6. *διηπόρουν ἀλλήλοις*. Bene ad sensum Cas.: *διηπίστουν*, quod accepit Schw.; sed non minus aptum similiusque illi est *διεφόρουν ἀ.*, *discordabant inter se*, modo admittamus *διαφορεῖν* notione medii, sicut in locis illis, quos indicavit Borneman-nus ad Xenoph. Anab. 3, 4, 8. de π et φ confusis diximus in annotatis ad Homerum et Athenaeum.

Cap. 76., §§. 3, 4. *διὸ καὶ πρὸς ταύτην ἁρμοζόμενος τὴν ὑπόθεσιν ὁ προειρημένος ἐπεβάλετο καταπειράζειν τῶν συστρατευομένων. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπέτρεψε τοῖς Μακεδόσιν ἐκβαλεῖν ἐκ τῶν σταθμῶν ἀεὶ τοὺς προκατέχοντας τῶν Ἀχαιῶν καταλύσεις* —. Vere Schw. opus esse dicit articulo in voce *καταλ.*, neque expectandi sunt codd., in quibus legatur *τὰς καταλ.*, sed *τὰς* omittendi ansam dedisse puto extremam syllabam verbi *προκατέχοντας*, illa vero *τῶν Ἀχαιῶν* ex margine accita esse: satis enim significantur Achaei verbis *τῶν συστρατευομένων*, nec cuiquam auctor sim, ut verba *τῶν Ἀχ.* inserat ante *συστρατ.*, tanquam ea, quae forte ab isto loco aberraverint.

Ibidem, §. 6. *τὸ κατὰ βραχύ*. i. e. *κατὰ βρ.*, *brevi*. praeter necessitatem Cas. et Schw.: *τῷ κ. βρ.*, ut quidem inferius, 82, 2.

Cap. 77., §. 4. *διαπορεῖν*. v. annot. ad 20, 2.

Cap. 85., §. 2. *καί τι προσεπεῖπε τοιοῦτον*. Aug. et A Reg. in ordine: *προσεῖπε*. id profectum puto a correctore, qui ad tautologiam verbi *προσεπεῖπε* offenderit. Scilicet aut dicendum *προσεῖπε*, aut *ἐπεῖπε* eodem sensu: quare ponamus *καί τι τοιος ἐπεῖπε*, *et hujusmodi fere quiddam adjecit*. permixta *τοὺς* et *πρὸς*, ut 5, 31, 8. et Thucyd. 3, 42., ubi v. annotata.

Ibidem, §. 6. *Διὸ καὶ νῦν ἠξίου περὶ τῶν ὑπ' Ἀπελλοῦ λεγομένων καλεῖν τοὺς ἀκηκοότας ἄγειν εἰς τὸ μέσον τὸν εἰρηκότα πρὸς αὐτὸν, μηδὲν παραλιπεῖν τῶν δυνατῶν εἰς τὸ γνῶναι τὴν ἀλήθειαν* etc. Corrupta et male cohaerentia. ita, ni fallor, locu-

tus est Pol.: — *περὶ τ. ὑπ' Ἀ. λεγ. κακῶν τοὺς ἀπ. ἄγειν — αὐτὸν, μηδὲν δὲ παρ.* etc. *κακῶν, conviciorum, criminum.* Comicus Thesm. 434.: *Τὸ μὲν, ὦ γυναῖκες, ὀξυθυμεῖσθαι σφόδρα, Εὐριπίδῃ, τοιαῦτ' ἀκουούσας κακὰ, Οὐ θαυμάσιόν ἐστ', οὐδ' ἐπιζεῖν τὴν χολήν.* cf. Eurip. Med. 439., Iliad. δ', 362. Verba *κακὸς* et *καλὸς*, item *κακῶς* et *καλῶς*, confusa sunt apud Eurip. Hel. 234., 235., 401., item in scholiis Homer. ad Odyss. ρ', 176. et ψ', 310. *τῷ δὲ* fraudi fuerit *-δὲν*, quod antecedit (*μηδὲδέ*).

Cap. 87., §§. 3, 4. *Καινὸς γὰρ δή τις οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας, λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας. εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων* etc. Expungendum esse arbitror prius *εὕρηται*, tanquam inutile huic orationi et sublectum in consequentibus; quo deleto ponendum est *Κ. γ. δή τις οὗτος ὁ τρόπος* etc. Etiam verba *καὶ δόλος* haud dubie sunt ab explicatore. *ἐκ τῶν.* i. e. *ὑπὸ τῶν*, de quo usu illius praepositionis quaerentibus adeundi sunt Matth. §. 574. 1. ed. et grammatici. cf. Iliad. ξ', 19., Odyss. ρ', 518., Aechyl. Cho. 938., Eum. 351.

---

## Liber quintus.

Cap. 1., §. 8. *συλλογισάμενος ἐκ τῶν προειρημένων τὴν ἄγνοιαν τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν καὶ Λεόντιον.* Interpres: *cognito per haec* (i. e. per relata superius hoc capite) *Apellis et Leontii errore.* Imo: *per praedicta* libro 3., inprimis cap. 86. similiter §. 9. de Philippo: *πάντων τῶν γεγονότων ἀναθεὶς τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν Ἀπελλῆν.*

Cap. 3., §. 4. — *καὶ προσέσχε τῆς Κεφαλληνίας κατὰ Πρόννους. ὁρῶν δὲ τό τε πολισμάτιον τοὺς Πρόννους δυσπολιόρκητον ὄν.* Apage glossema *τοὺς Πρόννους:* est enim *τὸ πολισμ.* idem ac *τοῦτο τὸ πολισμάτιον, hoc oppidum*, modo memoratum.

Cap. 5., §. 2. *Ὑπὲρ ὧν ἦκον πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα παρά τε Ἀκαρνάνων καὶ παρὰ Μεσσηνίων· οἱ μὲν παρὰ τῶν Ἀκ. παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν τῶν Αἰτωλῶν χώραν, καὶ τόν τε Δορίμαχον ἀποστῆσαι τῆς εἰς τὴν Μακεδονίαν ὁρμῆς, καὶ τὴν χώραν τῶν Αἰτωλῶν ἐπελθεῖν καὶ πορθῆσαι πᾶσαν ἀδεῶς —.* Etiam hic, ut tot aliis in locis scriptorum, *καὶ* et *ὡς* confusa esse arbitror, nec dubito quin Pol. dixerit *ὡς τόν τε* etc. pro *ὥστε τόν τε* etc., ut 4, 2, 3.: *ὡς ἀκοὴν ἐξ ἀκοῆς γράφειν.* Praeterea malim: *καὶ τὴν χ. τῶν Αἰτ. πορθῆσαι π. ἀδ.*, expuncto *ἐπελθεῖν*, quod, §. 9. sublectum, ut videtur, hic *ταυτολογεῖ* verbis *ἐμβαλεῖν — χώραν.*

Ibidem, §. 7. — *οἱ δ' Αἰτωλοὶ τὴν Θετταλίαν καὶ τὴν Ἤπειρον ἐπιπορευόμενοι κατασύρουσι καὶ πορθοῦσι πᾶσαν ἀδεῶς.* Sic libri; Scal. et Cas.: *κατασυροῦσι π. πορθήσουσι.* Probo illud;

hoc non accipio, sed glossatorem verba καὶ — ἀδεῶς, petita ex §. 2., adscripsisse puto, idque per festinationem ita, ut ne tempora quidem verbalia inter se conciliaret. Plures sunt rationes id suspicandi. primum non videtur verisimile, hunc nostrum eadem dixisse parvo intervallo; deinde facilius fuit, Aetoliam, quamvis asperam aditu, invadere ac vastare quam totam Thessaliam et Epirum, regiones longe majoris ambitus; tum nusquam nisi hoc loco, si fides habenda est, ut puto, Schweighaeusero, laudanti 1, 5, 3., 3, 40, 8., 4, 13, 5., ibidem 65, 7., 68, 1. et inferius 77, 9., copulantur verba κατασύρειν et πορθεῖν, propterea, nisi fallor, quod, quamvis synonymis simul inferendis ad vim quandam orationi addendam haud abstineat hic noster, tamen fugere solet frigus illud, quo figurate dictis subjiciuntur vocabula propria; figuratum vero hic est κατασύρειν, proprium πορθεῖν. Igitur hanc manum esse ajo Polybii: — κατασυροῦσιν. Οὗτοι μὲν οὖν etc.

Cap. 6., §. 1. — πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ πεπονθότες ἐν τοῖς ἀνώτερον χρόνοις ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν, ἐκθύμως εἶχον πρὸς τὸ κατὰ πάντα τρόπον ἀμύνασθαι καὶ βλάψαι τοὺς Αἰτωλούς. Vereor ut Pol. dixerit τοὺς Αἰτωλοὺς pro τούτους, cujus illud vicem praestat sine emphasi. adscripta illa arbitror τῷ τούτους hoc expulisse.

Ibidem, §. 4. τῶν δ' Αἰτωλῶν τοὺς μὲν ἡμίσεις ἔχων Δορίμαχος, καθάπερ εἶπον, τοὺς δ' ἡμίσεις ἀπολελοίπει. Verbum finitum desiderantes Cas. et Schw. proposuerunt, ille ἔχων ἦν, hic ἔχων ἀπῆν. Quidni potius scribamus τοὺς ἡμίσεις ἀπ., expuncta δὲ particula, quam inferciendam putaverint, ut haec responderent superioribus τοὺς μὲν ἡμ. ἔχων, decepti illi τῷ μὲν, quod saepe infertur a scriptoribus, δὲ non sequente?

Cap. 10., §. 2. τῷ μὲν γὰρ πολέμῳ καὶ τοῖς ὅπλοις αὐτῶν μόνων περιεγένετο καὶ κύριος κατέστη τῶν ἀντιταξαμένων. Ita Schw. ex scriptis, improbato μόνον, quod habetur in priscis editionibus. nos et hoc et μόνων allitum putamus a glossatoribus. 1, 59, 1.: δι' αὐτῶν (i. e. διὰ μόνων) τῶν πεζικῶν δυνάμεων, nec alia pronominis αὐτὸς notione τοῦ μόνος usurpati exempla desunt: v. ipse Schw. lexico Polyb. v. αὐτὸς, 1. et, quos citavit auctores, Hemsterhus. ad Lucian. t. 1. p. 230., Hutchinson. ad Xenoph. Cyr. pag. 611. quem vocis usum nescio quomodo praetermisit Matth. grammatica gr., verbo tetigit Herm. ad Vigerum nota 123, b.

Cap. 11., §. 2. αὐτὸς δὲ, παραπλήσια ποιῶν, οὐκ ᾤετο τῆς ὁμοίας ἐκείνοις τεύξεσθαι δόξης παρὰ τοῖς ἀκούουσι. Vat., Flor., A Reg.: ἀκούσασι, quod exquisitius.

Cap. 13., §. 10. διαβὰς δὲ τὸν ποταμὸν, ἐπέστησε τὴν δύναμιν ἐκτὸς βέλους, ἀποπειρώμενος τῶν ἔνδον. Postrema sic reddidit interpres: *oppidanos inde lacessebat*, oportuit eum dicere: *experiens oppidanos*; expectans, quid facturi essent: nam nec lacessere hostes, nec lacessi ab illis poterat Philippus, qui extra teli jactum constitisset, si nemo prodiret ex oppido, discessurus, ut revera evenisse narratur capite proximo. Alia ratio est ejus, quod ibi

dicit §. 3., Aetolorum equites extremum Macedonum agmen tentavisse (*ἅμα δὲ τῷ τὴν οὐραγίαν παραλλάξαι τὴν πόλιν, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγοι τῶν Αἰτωλικῶν ἱππέων ἐξελθόντες κατεπείραζον τῶν ἐσχατων*).

Cap. 15., §. 2. *προβαίνοντος δὲ τοῦ πότου, κἄπειτα γενομένης ἀκαιρίας καὶ πολυποσίας.* Inducamus verba *καὶ πολ.*: quippe idem *πολυποσία* significat atque *ἀκαιρία*, magisque etiam molestum est propterea quod simul infertur cum illis *προβ. δὲ πότου*, quae eundem fere sensum habent. Recte Pol. dixisse videtur, sed per se, *πολυποσίαν* libro 29., 5, 7., ut colligas ex verbis Athenaei 440, a.

Cap. 21., §. 7. Polybius, verba faciens de situ locorum accurate et quibusvis indiciis designando in historia: *οὐδ' ὀκνητέον*, inquit, *ποτὲ μὲν λιμέσι, καὶ πελάγεσι, καὶ νήσοις συγχρῆσθαι σημείοις, ποτὲ δὲ πόλιν ἱεροῖς, ὄρεσι, χώραις, ἐπωνύμοις.* Cas. verba conjuncta *χώραις ἐπων.* vertit: *nomine agri.* Schw., id solo *χώραις* significari putans, *ἐπώνυμα* intelligebat cognomina locorum, quae cognomina notiora interdum Polybii lectoribus fuerint quam nomina propria: velut 2, 16. obscurius Padi nomen cognomine Eridani, poëtarum fabulis celebrati, illustraverit; quo pertineant etiam campi Phlegraei 2, 17., 3., 91. et alia id genus. Horum illud mihi videtur temere dictum, siquidem minime ignotum Graecis fuit Padi nomen; hoc ambiguum, quippe cum campos illos non tam cognomine quam nomine Phlegraeos appellaverint. Neque Ernesti persuadet, legendum esse *ὄρεσι χώρας ἐπωνύμοις*, quasi dicantur „*montes, qui aut dederint nomen regioni, aut ab ea acceperint*;“ quae sententia longe repetita est. Equidem depravatum puto verbum *ἐπωνύμοις*, pro eoque reponendum *ἑπομένως, quod illius* (portuum, marium, insularum mentionis) *consequens est.* Nihil aptius huic loco, et similiter Pol. dixit 4, 1, 7.: — *τούτοις δ' ἑπομένως ἐδηλώσαμεν, τίνι τρόπῳ καὶ ποίᾳ προαιρέσει προσαγόμενοι τὰς πόλεις ἐπεβάλοντο Πελοποννησίους πάντας ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἄγειν ὀνομασίαν καὶ πολιτείαν.*

Cap. 22., §. 4. *δι' οὗ* (διαστήματος) *φέρεται μὲν ὁ προειρημένος ποταμὸς παρ' αὐτὴν τὴν τοῦ λόφου ῥίζαν.* Interpres: — *cum ipso amne, qui per illud juxta collium radices labitur.* legit igitur in libro suo, aut legendum censuit, *τῶν λόφων*, nec male, cum et hoc et sequente capite dicantur colles, non singulus collis, idque ad veritatem.

Cap. 25., §. 3. *Δι' ὧν παρώξυναν τοὺς νεανίσκους, συστραφέντας ἐγχειρῆσαι διαρπάζειν μὲν τὰς τῶν ἐπιφανεστάτων φίλων καταλύσεις, ἐκβάλλειν δὲ τὰς θύρας καὶ κατακόπτειν τὸν κέραμον τῆς τοῦ βασιλέως αὐλῆς.* Interpres: *praecipuorum ex amicis regis*, recte quidem ad sententiam, huc relato ex sequentibus nomine *βασιλέως:* sed vereor id ut commode possit, malimque sane scribi *τῶν ἐπιφ. τοῦ βασιλέως φίλων*, cum videatur verisimile, verba *τοῦ βασ.* vel casu mutasse locum, vel potius sedulo expuncta

esse, velut inutilia, postquam explicator aliquis scripsisset *τῆς τοῦ βασ. αὐλῆς* pro *τῆς αὐλῆς*, quod dedisse opinor Polybium, sicut aliis in locis per se dixit *τὴν αὐλὴν*, *τὰς αὐλάς*: v. inferius 26, 9., 36, 1., 50, 14., 65, 5.; 4, 87, 4.; 16, 22, 1. Aperta neque ambigua sunt illa 36, 8.: *τῷ τε βασιλεῖ καὶ τοῖς φίλοις*, et 37, 6. *τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἄλλους φίλους*, et similia cap. 56., 58., 83., aliasque, ne quis opponat.

Cap. 27., §. 5—7. *Συνέντες δ' οἱ πελτασταὶ τὸ γεγονὸς, διαπεμψαμένου τινὰ πρὸς αὐτοὺς τοῦ Λεοντίου, πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς τὸν βασιλέα, παρακαλοῦντες, εἰ μέν πρὸς ἄλλο τι πεποίηται τὴν ἀπαγωγὴν τοῦ Λεοντίου, μὴ χωρὶς αὐτῶν ποιήσασθαι τὴν ὑπὲρ τῶν ἐγκαλουμένων κρίσιν· εἰ δὲ μή, ὅτι νομιοῦσι μεγαλείως παρολιγωρεῖσθαι καὶ καταγινώσκεσθαι πάντες· εἶχον γὰρ ἀεὶ τὴν τοιαύτην ἰσηγορίαν Μακεδόνες πρὸς τοὺς βασιλεῖς· εἰ δὲ πρὸς τὴν ἐγγύην τοῦ Μεγαλέου, διότι τὰ χρήματα κατὰ κοινὸν εἰσενέγκαντες ἐκτίσουσιν αὐτοί.* Haec non uno modo affecta sunt. primum ad *τὴν ἀπαγωγὴν* explicatorem adscripsisse puto *τοῦ Λεοντίου*, quod satius est intelligi quam inculcari. deinde sententiae causa ponendum est *εἰ μὴν*, *sin vero*, totumque illud enunciatum *εἰ μὴν — πάντες* accipiendum pro *παρενθέτῳ*, perspicuitatis gratia; qua re non perspecta, postquam *μὴν* (*μῆ*) abiisset in *μή*, librarii inseruisse putandi sunt *δὲ* particulam, quasi haec responderent superioribus *εἰ μὲν — κρίσιν*, quibus opposita sunt illa *εἰ δὲ, πρὸς τὴν ἐγγύην* etc. tum, quod caput est, apparet, per ignorantiam aut socordiam trajecisse illos verba *εἶχον — βασιλεῖς*, quae cave dubites quin hic noster intulerit ante *πρεσβευτὰς — βασιλέα*, more Graecorum collocandi priore loco illa, quibus causa sequentium continetur; quem morem exemplis illustravit Matth. gramm. gr. §. 613. cf. annotata nobis ad Soph. Oed. Col. 214., El. 206., Phil. 142., Aeschyl. Pers. 320., Agam. 613., Aristoph. Lys. 140., Nub. 798. etc.

Cap. 28., §. 4. *διότι τὰ κατὰ τὸν Φίλιππον ἔξω τελέως ἐστὶ διὰ τὴν ἀχορηγίαν.* Verba *ἔξω τελέως* cum sine dubio laborent, alii alia proposuerunt, Is. Casaub. *ἐξώλη τ.* vel, quod mireris, *ἔξω ἐλπίδος τ.*, Mericus Casaub. *ἐξίτηλα* vel *ἐξίτηλα τ.*, Reisk. *ἔξωρα*. Schweighaeusero non displicebat *ἐξίτηλα*, sed vicinius codicum scripturae videbatur *ἐξώλη τελέως*. Quodsi ad me res deferatur, non infitiabor, horum nihil mihi satis probari, sed eo inclinare animum, ut dixisse Polybium putem *ἔξω τέλους*, i. e. *ἄνευ τέλους*, *ἀτέλεστα*, nove id quidem, nisi memoria fallit, sed *ἀναλόγως*, quemadmodum *ἔξω γνώμης*, *ἔξω δίκης*, *ἔξω ἐλπίδων*, *ἔξω πήματος*, *ἔξω πραγμάτων* et ejusmodi alia dicuntur.

Ibidem. *πρὸς δὲ τούτοις κατηγορίαι τινὲς τοῦ βασιλέως καὶ λοιδορίαι φιλαπεχθεῖς ἦσαν.* Sane malim *ἐνῆσαν*, nisi quis huc pertinere dicat *ἐν* praepositionem ex verbis *ἐν αἷς ἦν παράκλησίς τε τῶν Αἰτωλῶν —*, quod durum. Euripides Iphig. Taur. 708.: *τἀνόντα κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτοιν πτυχαῖς.*

Cap. 31., §. 4. τὸ δ' εὐπαρακολούθητον καὶ σαφῆ γίνεσθαι τὴν διήγησιν etc. Pro glossemate habeas verba καὶ σαφῆ. Recte synonymo usus §. 7. dicit: ἵνα καὶ κατὰ μέρος καὶ καθάλου σαφὲς τὸ σύνταγμα γίνηται τῆς πραγματείας.

Ibidem, §. 8. Διὸ καὶ νῦν βραχὺ προσαναδραμόντες etc. Vide ann. ad 4, 85, 2.

Cap. 33., §. 5. Ἀλλ' ἔνιοι τῶν πραγματευομένων οὐδ' ἐφ' ὅσον οἱ τὰ κατὰ καιροὺς ἐν ταῖς χρονογραφίαις ὑπομνηματιζόμενοι πολιτικῶς εἰς τοὺς τοίχους, οὐδ' ἐπὶ τοσοῦτον μνησθέντες πάσας φασὶ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ Βάρβαρον περιειληφέναι πράξεις. Locus defectu voculae obscuratus: neque enim annales (χρονογραφίας) in parietibus pingebant, neque notata id genus patrumfamilias dici possunt χρονογραφίαι. Scribendum: — πολιτικῶς, ἢ εἰς τοὺς τοίχους. Schw.: „Breves, siccos et exsangues nonnullorum *annales*, quos illi pro *historiis* venditarunt, comparat tabulis illis, quas vulgo patresfamilias domi in pariete descriptas habebant, quibus rerum maxime memorabilium tempora notata erant.“ Per contemtum Pol. annales comparat cum notatis illis, pariterque scribi eos ait πολιτικῶς, i. e. *populariter*, neque ex artis regulis aut eleganter, sed crassa Minerva. Haustum fuerit η ab ει- simili propinquo.

Cap. 41., §. 3. τοῖς δὲ χειροπθιήτους καὶ ψευδεῖς ἐπιφέρων αἰτίας. Glossema. Notandum χειρ. figurate dictum pro πλαστούς, *fictas*.

Cap. 42., §. 2. — νῦν δὲ καλῶς ποιοῦντα φανερὸν ἐκ τῆς συμβουλῆς γεγονέναι, σπουδάζοντα μετ' ὀλίγων ἐγχειρίσαι τὸ τοῦ βασιλέως σῶμα τοῖς ἀποστάταις. Interpres: *nunc autem bene fecisse, cum id consilii dederit, unde palam sit factum, velle ipsum rebellibus regis personam tradere, paucis comitatam*, male redditis verbis μετ' ὀλίγων, *cum optimatibus:* neque enim *paucis comitatum* regem suscipere illam expeditionem voluit Epigenes, sed cum justo exercitu, μετὰ συμμέτρου δυνάμεως.

Cap. 53., §. 3. τοὺς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ξένους καὶ μισθοφόρους. Glossema, siquidem οἱ ξένοι iidem sunt τοῖς μισθοφόροις, nisi quod honorificentius est nomen ξένος. promiscue tamen utroque utuntur Polybius et scriptores: v. 65, 3. (τοὺς μισθοφόρους Ἕλληνας), Xenoph. Anab. 1, 3, 18., 2, 6, 28.; Hellen. 1, 1, 22., 6, 1, 4. etc.

Ibidem, §. 11. Νεωλάῳ. Recte Bavar.: Νεολάῳ. et cap. sequente, §. 5., Νεόλαος, in quo consentit cum eo liber Florentinus, neque graece dicitur Νεώλαος.

Cap. 57., §. 7. Διόπερ Ἀχαιὸς συνεὶς διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς διατροπὴν τῆς μὲν προκειμένης ἐπιβολῆς ἀπέστη. Scribendum sine controversia: Δ. Ἀχ. συνεὶς δὴ τὴν etc. De δὴ et διὰ confusis ad 1, 4, 3., 72, 9.; 4, 13.; cf. et 64, 6. Omittere praepositionem quam emendare maluit librarius Florent., temere proban-

tibus Ursino, Cas., Schw.; nec recte Scaliger proposuit συνεὶς ἤδη etc.

Cap. 58., §. 8. *πρατηθεῖσάν γε μὴν οὐ μόνον, ἔφη, δύνασθαι βεβαίως τηρεῖν τὴν οἰκείαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἐπινοίας καὶ προθέσεις, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, μεγάλα δύνασθαι συνεργεῖν διὰ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου.* Vacat posterius *δύνασθαι*, nec dubie tollendum est, tanquam adventicium.

Cap. 59., §. 9. Assentior Schweighaeusero, ponendum esse *σκολιώμασι*, quod vocabulum extat apud Strabonem, cum Neograecorum sit *σκάλωμα*, *scala*. eodem ducit Vaticani et Florentini codicis scriptura *σκαιώμασι*.

Cap. 60., §. 7. *στάσιν καὶ πρόσθεσιν τῶν κλιμάκων.* Glossema videtur *πρόσθεσιν*.

Cap. 64., §. 4. *ἐποιοῦντο δὲ καὶ συγαγωγὰς ἐπὶ τῶν ὅπλων.* Interpres: *Postremo armatos in expeditionem quoque subinde convocabant.* Imo: *in castra*, ad assuefaciendum viros militiae castrensi.

Ibidem, §. 6. *Πολυκράτης δὲ καὶ μᾶλλον διά τε τὴν τῆς οἰκίας ἀρχαιότητα, καὶ διὰ τὴν Μνασιάδου τοῦ πατρὸς δόξαν ἐκ τῆς ἀθλήσεως.* Ponamus *καὶ δὴ τὴν* etc.: neque enim opus iterata praepositione. v. ann. ad 57, 7.

Cap. 65., §. 10. *ἐκ μὲν τῶν κατοίκων καὶ τῶν ἐπιγόνων.* Interpres: *ex inquilinis et horum liberis.* Non intelligo, quid hic negotii sit liberis. dedit, opinor, Pol. *ἐγγενῶν*, *indigenarum*, quibus opponantur *inquilini*, *οἱ κάτοικοι*.

Cap. 67., §. 1. — *οἱ μὲν περὶ τὸν Σωσίβιον ἕτοιμοι πρὸς πᾶν.* scil. *ἦσαν*. Ellipsis nota: v. Valckenaer. ad Eurip. Phoen. 976., Dorvill. ad Charit. p. 49., alios.

Ibidem, §. 2. *καταπεριεῖναι.* Verbum inauditum, eoque suspectius, quod nonnisi hoc loco legitur: nam 1, 27, 11. et 51, 4. Pol. usurpavit *περιεῖναι*, quod frequentant scriptores. Igitur malim *καὶ περιεῖναι*, *vel superare*, non modo aequalem esse, *jure*. *καὶ* et *κατὰ* passim confusa: v. Thucyd. 6, 18., Schaefer. Melet. crit. pag. 119., nos ad Odyss. *β'*, 104., Aristoph. Vesp. 818.

Ibidem *καθάπερ καὶ* etsi non abhorret ab usu Graecorum, tamen *καὶ* molestum est et suspicionem habet.

Ibidem, §. 4. *τὸ μὲν ἄρτι γεγονὸς ἀτύχημα καὶ προφανὲς ἀδίκημα —. Ἀτύχημα* cum hic significet *scelus*, *flagitium*, appareat, ab explicatore esse *ἀδίκημα*, petitum illud, puto, vel ex illis, quae sequuntur, *οὐδ' ἐν ἀδικήματι κατηριθμεῖτο τὴν πρᾶξιν*, vel potius ex §. 9. hujus capitis, ubi variata oratione Pol.: *τό τε γὰρ παρὸν ἡδὺ ἀδίκημα, καὶ δεινὸν ἐποίουν τὸ γεγονός —.*

Ibidem, §. 5. *τὸ δὲ πλεῖστον.* Bene Schw.: *τὸ δὲ πλεῖον.*

Ibidem, §. 9. *δεινὸν ἐποίουν τὸ γεγονός.* Facile putes, cum Pol. dixisset *ἐποιοῦντο τὸ γεγ.*, absorptam esse ab articulo syllabam finalem *τοῦ ἐποιοῦντο*, quod usitatius, ut auctor est Valck. ad Andocidae Oratt. pag. 9. ed. Steph. sed v. etiam Bredov. ad Thuc. 5, 42.

Cap. 68., §. 1. καὶ καταστρεψάμενος τὰ καταλειπόμενα μέρη τῶν ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ πραγμάτων. Vertunt: *et reliquas Coelae Syriae partes nondum subactas in potestatem redigere*, quasi vox πρᾶγμα indicare possit terram aut regionem. fefellit viros doctos consueta significatio medii καταστρέφεσθαι, quod h. l. sensu activi usurpatum sonat *finire*. fugit hoc etiam Schneiderum et lexicographos.

Cap. 70., §. 9. προκαταπληξάμενος, *ante terrens* cives, qui in urbe manserant. terrebat autem rex homines eo, quod, interceptos illos, qui prodierant ad pugnam, praeveniens, prius quam illi aderat ad portas urbis. Frustra Schw. nota: προσκατ.

Cap. 75., §. 6. ὃ δ' ἐστὶ ῥᾷστον μὲν τῶν ὄντων. Suo periculo interpres: *rem vero omnium facillimam*. Id graece dicendum esset ὃ δ' ἐστὶ ῥᾷστον πάντων. quippe verba τὰ ὄντα significant quidquid est in rerum natura, quod hic non agitur, sed id, quod potest fieri, τὰ ἐνόντα. ponendum igitur τῶν ἐνόντων. haustum fuerit εν- ab ον- simili, quod sequitur, sicut 63, 8.

Cap. 79., §. 3. τούτων δ' ἅμα τὴν ἐπιμέλειαν εἶχε καὶ τὴν ἡγεμονίαν Βύττακος ὁ Μακεδών. Verba καὶ τὴν ἡγ. pro interpretatione habenda sunt: idem enim in re bellica ἐπιμέλεια et ἡγεμονία. 1, 27, 5.: Ἡγοῦντο δὲ τῶν Καρχηδονίων, τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρως — Ἄννων — τῶν δ' εὐωνύμων εἶχε τὴν ἐπιμέλειαν Ἀμίλκας. inferius §. 12.: εἶχε δὲ τῶν μὲν τετρακισχιλίων τὴν ἡγεμονίαν Ἀντίπατρος, etc.

Cap. 84., §. 4. ὅταν δ' ἅπαξ ἐγκλίναν πλάγιον λάβῃ. Immittendus articulus, ut sit τὸ ἐγκλίναν, *bestiam fugientem*.

Cap. 85., §. 12. — ἀνατρέχειν ἐπειρᾶτο μετὰ τῆς βασιλικῆς ἐπὶ τὸν τῆς παρατάξεως τόπον σημαίας. Alieno loco positum σημ. Bavar. codex habet in ipso ordine, ex prava conjectura, puto, librarii, ceterum haud contemnendi; in A Reg. conspicitur inter lineas, prorsusque abest a libris Vat., Flor., Urb. et Aug. Scribendum fuisse βασ. ἴλης, ut 84, 1. et 10, 42, 6., existimat Schw., probabiliter ille quidem, quoniam potuit, ut τῷ ἴλης officeret simile, quod antecedit, -ικῆς. videndum tamen est, an βασιλικὴν Pol. dixerit ἴλην βασιλικὴν per ellipsin, quemadmodum βασιλικὴ passim intelligenda est οἰκία vel στοὰ βασιλική.

Ibidem, §. 13. ἀγένειαν καὶ δειλίαν. Mss. Bavar. et B Reg. una cum priscis edd.: ἀγέννειαν, Urbin.: ἀγενίαν, Flor. Aug. et A Reg.: ἀγεννίαν, quod probat in commentario Schw., nec immerito. Suidas, ipso referente: Ἀγένεια, ἡ δυσγένεια. Ἀγεννία, ἡ ἀνανδρία, καὶ ἡ δειλία. etiam 11, 2, 7. orae codicis Medic. et Hervag. editionis praebent ἀγεννίαν, quod recepit Schw. Verba καὶ δειλ. sapiunt glossam.

Cap. 87., §. 1. εἰρήνης καὶ διαλύσεως. Usitata quidem vox huic nostro διάλυσις tamen hic offendit eo, quod nusquam ille ita ταυτολογεῖ, sed bene multis in locis, quae indicavit Schw. lexico Polyb., semper διάλυσιν et διαλύσεις dicit, non adjecto nomine

εἰρήνης. quare haud inepte conjicias, librarium vocem, quam saepe legisset, etiam hic notasse ad marginem libri sui, unde in ipsa scriptoris verba immigraverit, ut fieri solet.

Ibidem, §. 3. — ἀσμενίζων ἐπὶ τῷ γεγονότι προτερήματι διὰ τὸ παράδοξον, καὶ συλλήβδην ἐπὶ τῷ Κοίλην Συρίαν κεκτῆσθαι παραδόξως. Non est quod dubitemus, quin alterutrum horum διὰ τὸ παράδοξον et παραδόξως debeatur glossatori. equidem delendum puto verbum παραδόξως, quoniam magis mirum fuit, bellicosum regem Antiochum vinci ab ignavo Ptolemaeo Philopatore, quam hunc illius terra potiri reportata victoria. cf. §. 7. hujus capitis.

Ibidem: — οὐκ ἀλλότριος ἦν τῆς ἡσυχίας, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ δέον οἰκείως ἐλκόμενος ὑπὸ τῆς συνηθους ἐν τῷ βίῳ ῥᾳθυμίας καὶ καχεξίας. Temere Casaubonum Schw. audiens, invitis omnibus libris, edidit οἰκεῖος, cum recte dictum sit ὑπὲρ — καχ., *nimis propense deditus consuetae ignaviae.*

Cap. 88., §. 6. εἰς τὴν ἐπαύξησιν τῶν πολιτῶν. Recte, opinor, Ernesti lexico Polyb.: ἐπαύρησιν, *emolumentum.* donaverunt Hiero et Gelo 10 talenta publico Rhodiorum.

Cap. 89., §. 8. Σέλευκος δ', ὁ πατὴρ Ἀντιόχου, χωρὶς μὲν ἀτέλειαν τοῖς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν πλοϊζομένοις, χωρὶς δὲ πεντήρεις μὲν δέκα κατηρτισμένας, σίτου δ' εἴκοσι μυριάδας. Schw.: „Quaenam vis," inquit, „h. l. insit illis particulis χωρὶς μὲν, χωρὶς δὲ, non satis video; nisi hoc dicit, primum nonnisi immunitatem concessisse, deinde alio tempore reliqua dona adjecisse." Imo *privatim* rex immunitatem Rhodiis, in Syriam navigantibus, concessit, i. e. quod attinebat vectigalia ipsi pendenda, non urbibus, quae proprio suo jure uterentur; itemque naves, frumentum, materiam et cetera, quae commemorantur, non de publico, sed *privatim* donavit.

Ibidem, §. 9. καὶ μὴν ξύλων, καὶ ῥητίνης, καὶ τριχὸς, μυριάδας πηχῶν καὶ ταλάντων χιλιάδας. Recte Reisk.: μυριάδα πηχῶν, quod pertinet ad ξύλων, sicut χιλιάδας ταλάντων Pol. dicit resinae et pilorum, quorum utrumque mille pondo fuit.

Cap. 90., §. 8. — (ἵνα) πειρῶνται (αἱ πόλεις τῆς Ἑλλάδος) τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστοις τηρεῖν, ὡς πλεῖστον διαφέρουσιν Ἕλληνες τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Itidem bene Reisk.: — ᾧ πλεῖστον etc., *qua re* (i. e. jure cujusque ac decoro observando) *maxime ceteris hominibus praestant Graeci.* Similiter Iason Euripideus Medeae beneficia sua praedicanti respondet Med. 504.: — Ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς αὐτὸ θήσομαι λίαν· Ὅπῃ γὰρ οὖν ὤνησας, οὐ κακῶς ἔχει. Μείζω γε μέντοι τῆς ἐμῆς σωτηρίας Ἔλληφας ἢ δέδωκας, ὡς ἐγὼ φράσω. Πρῶτον μὲν Ἑλλάδ' ἀντὶ βαρβάρου χθονὸς Γαῖαν κατοικεῖς, καὶ δίκην ἐπίστασαι, Νόμοις τε χρῆσθαι, μὴ πρὸς ἰσχύος χάριν.

Cap. 92., §. 6. ἐπὶ βραχὺ προσβολὰς ποιησάμενος πρὸς τὴν ἔνδειαν, *breviter*, seu *per breve tempus, impugnatis hostibus ob penuriam commeatus.* Sententia clara et a Casaubono, magisque etiam

a Reiskeo, perspecta, in qua tamen Schw. haerens perperam vocem *Ἐνδειαν* mutandam censet in *Ἀνδανίαν*, nomen oppidi Messeniorum satis obscuri. Sic inferius 111, 4.: *ἐξέβαλον δ' ἐκ πάσης τῆς Τρωάδος τοὺς Γαλάτας, ἐμποδίζοντες ταῖς χορηγίαις.* cf. 28, 4.

Cap. 93, §. 6. *εἰς τὴν τῶν προσλαμβανομένων οἰκητόρων ἀναπλήρωσιν.* Reisk.: *ἀνακλήρωσιν*, apte quidem ad sensum, sed inusitate. voluit, puto, *ἀποκλήρωσιν.*

Cap. 98., §. 4. *Οὐ γὰρ ἔστιν ἐπὶ τῶν τοιούτων πράξεων ἢ μὴ ποιῆσαί τι τῶν δεόντων, ἢ μηδὲν παθεῖν δεινόν.* Contorta oratio, neque aperti sensus. depravatam esse arbitror, cum Pol. dixisset: — *πράξεων μὴ ποιῆσαί τι τῶν δ., καὶ μηδὲν π. δ.* Postquam *καὶ* abiisset in *ἢ*, quae vocabula non semel scribae permiscuerunt, velut Iliad. *α'*, 114., *ι'*, 231., *ω'*, 614., alterum *ἢ* requiri visum fuerit, quo haec illis opponerentur. Ceterum nec Logicorum formulam hic agnosco, quam dicit Schw., nec proverbium subesse puto, aut, si diis placet, versum gnomicum, de quo somniat, elumbem procudens pentametrum elegiacum hujuscemodi: *Ἢ τὸ δέον ποιεῖν, ἢ δεινόν τι παθεῖν.* Potuisset ferri senarius *Ἢ μεν ποιῆσαι τὸ δέον, ἢ δεινὸν πάθεῖν:* sed nolo hariolari.

Ibidem, §. 8. *οὐ γὰρ μόνον τοῖς παροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς συνεῖσι τὸ γεγονὸς, τρόπον τινὰ παράγγελμα δίδοται, προσέχειν αὐτοῖς καὶ φυλάττεσθαι.* Accipiam, quae codd. Mss. praebent, *παθοῦσιν* et *συνιεῖσι*, probata illa pridem Schweighaeusero, deinde ponendum esse ajo *μὴ προσέχειν*, negationem vel forte excidisse ratus, ut apud Athenaeum 245, f, et alias (cf. ann. ad Thuc. 1, 133.), vel *τῷ μὴ* obstitisse *ται* syllabam, quae praecedit, quando *μ* et *τ*, pariterque *αι* et *η*, permutata interdum deprehenduntur in manuscriptis aevi medii. Quo reposito caudam trahunt verba *καὶ φυλάττεσθαι*, tanquam ea, quae explicandi gratia adscripta sint.

Cap. 102., §. 1. — *ἐξ οἰκίας ὁρμώμενον τοιαύτης, ἢ μάλιστά πως ἀεὶ τῆς τῶν ὅλων ἐλπίδος ἐφίεται.* Reisk.: *ἐφίετο*, probante Schw., quia quo tempore haec scripsit Pol., nemo illius familiae superfuit. Sane abhorret tempus praesens, sed praetulerim, quod similius est verbo tradito, *ἐφεῖται.*

Cap. 104., §. 9. *Τὰς δὲ πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαφορὰς καὶ τοὺς πολέμους* —. Glossema olent verba *καὶ τοὺς πολ.*

Cap. 106., §. 4. — *μᾶλλον δέ πως, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἦσαν αἰεὶ πρασίμοχθοί τινες, καὶ οὔποτε ἥσυχοι δορί.* Ita Schw. secundum Vat. et Flor. „Quemadmodum," inquit, „verbum *πρήθω* non solum *accendo*, sed et *spiro* exponitur, sic *πρασίμοχθος* vel *πρησίμοχθος* esse poterit *belli aerumnas accendens*, vel *belli aerumnas laboresque spirans.*" At vero et inusitata illa vox est, nec sponte probabilis, tum suspecta propter dissensum codicum. Urbinas enim et Aug. et A Reg. habent *προσίμοχθοι*, Bavar. autem, quem sequuntur primae edd., *πλησίμοχθοι*, superscripta *τ* littera, ut sit *τλησίμοχθοι*, quod Barnesio placuit et Musgravio, nobis videtur

esse commentum emendatoris, sicut ipsum illud πλησίμοχθοι, nec dubium quin depravatum sit τὸ πρασίμοχθοι et ponendum θρασύμοχθοι. scilicet pro θ forte π perscripto, sicut alias non semel (v. Odyss. ξ', 399, Epicharmum Megaride apud Athen. 286, c; et ann. ad Nausicratis Ναυκλήρους ibidem 296, a), vox nihili τρασύμοχθοι magis magisque mutari coeperit, ut solent affecta. quid, quod ipsum θ in π abiit apud Athenaeum 283, c, ubi ἀφνείαις perperam scriptum est in libris pro αἰθυίαις? Praeterea correctionem firmat ipsa ratio versus Euripidei, qui non habet colorem choricum, ut visum Schweighaeusero propter Dorismum suum πρασίμοχθοι, sed senarium se prodit indicio clausulae iambicae, quae nec fugit duumviros, quos nuncupavi, Anglos. illud tamen non animadverterunt, Polybium, dum poëtae verba suis accommodat, pluralem numerum intulisse pro singulari. nullo enim pacto ista αἰεὶ * πρασίμοχθοι, * vel θρασύμοχθοι, καὶ οὔποτε ἥσ. δ., quae certum est pertinere ad versum Euripideum, redigas in formam senarii tragici, sed haec eam formam arripiunt et vel hoc indicio agnoscantur germana:

Θρασύμοχθος αἰεὶ κοὔποθ' ἥσυχος δορί.
(Audax laborum semper nec ferro vacans.)

Igitur talis, nisi magnopere fallor, fuit ille versiculus. θρασύμοχθος dictum eo fere sensu, quo θρασυπόνους ἀκμὰς ἰσχύος dixit Pindarus Ol. 1., 96. ed. Thiersch. Integrum hic noster versum posuit more oratorum, non ἀκέφαλον, qualis est ille apud Barnesium et Musgravium:

— τλησίμοχθοι κοὔποθ' ἥσυχοι δορί.

Αἰεὶ, quo poëtae utuntur pro ἀεὶ, collocatum in caesura praecipua, i. e. tertia, iambici senarii, ut Eurip. Phoen. 87.: τὸν αὐτὸν αἰεὶ δυστυχῆ καθεστάναι, ibidem 505.: τῷ πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται, et 1004.: βέβηκας αἰεὶ πολεμίων εἴσω βέλη, Med. 428.: κἀγὼ μὲν αἰεὶ βασιλέων θυμουμένων, aliisque cum Euripidis, tum ceterorum Tragicorum locis. Verba ἦσαν et τινὲς de suo addidit Historicus.

Cap. 107., §. 7. ἀλογίαν καὶ μέμψιν possis interpretari μέμψιν ἄλογον per figuram, quam vocant ἓν διὰ δυοῖν, nisi explicatoris videntur esse verba καὶ μέμψιν.

---

## Polybii Historiarum liber sextus,

### quantum ejus superest;

quo in libro agitur de initio societatis civilis, tum de variis formis rerum publicarum, inprimis Lacedaemoniorum, Cretensium, Carthaginiensium et omnium praestantissimarum judice Polybio, Romanorum.

Cap. 2., §. 14., vol. 2. p. 456. edit. Schweighaeuser., de Lucio Tarquinio: Χρόνου δὲ προϊόντος εἰς τοῦτ' ἦλθε παραδοχῆς, ὥστε συνοικεῖν καὶ συγχειρίζειν τῷ Μαρκίῳ τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν.

Recte Küsterus apud Suidam v. *Λεύκιος*, ex Aem. Porti conjectura pro inepto *συνοικεῖν* reposuit *συνδιοικεῖν*. Similia in codicibus ο et οι, quae fuerit causa, ut illud negligeretur a librariis. Verbum *συγχειρίζειν* omissum est in lexico graeco Schneiderí, nec desideraretur hoc loco, si abesset, cum idem sonet ac *συνδιοικεῖν*, habeatque speciem glossematis. Diodorus Sic. §. 551. ed. Wessel. vol. 2. part. 2. p. 81. ed. Dindorf.: *πολλὰ τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν συνδιώκει τῷ βασιλεῖ*, quae ex hoc nostro sumta videntur Valesio.

Cap. 3., §. 10. — *ἢ καὶ συμψεύδονται καὶ συγχρῶνται πάντες οἱ μόναρχοι, καθ' ὅσον οἷοί τ' εἰσὶ, τῷ τῆς βασιλείας ὀνόματι.* Tollamus frigidam interpretationem *συγχρῶνται*. id si voluisset Polybius, dixisset *ἢ καὶ συμψεύδονται συγχρώμενοι πάντες οἱ μόναρχοι* etc.

Cap. 5., §. 7. — *τότε δ' ὅπου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, καὶ ἐπὶ τούτων συναθροιζομένων (ὅπερ εἰκὸς, κατὰ τούτων εἰς τὸ ὁμόφυλον συναγελάζεσθαι διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν) ἀνάγκη, τὸν τῇ σωματικῇ ῥώμῃ καὶ τῇ ψυχικῇ τόλμῃ διαφέροντα, τοῦτον ἡγεῖσθαι καὶ κρατεῖν.* Schweigh. *ὅπερ* accipit pro *ὥσπερ*, neque ego intercedo, quominus ita intelligatur, malim tamen, quod magis perspicuum, *ὥπερ*, vel ipsum *ὥσπερ*. Deinde libri: *κατὰ τοῦτο*, E Reg. (Paris.): *κ. τούτων*, confusis, puto, *α*, *ο* et *ω* litteris, sicut inferius 12, 3., ubi Casaubonus legendum esse vidit *οὗτοι* pro *αὐτοὶ* per anaphoram Polybio frequentatam, aliisque locis, siquidem ponendum est, quod persuasum habeo, *κατὰ ταὐτὸν* sive *ταὐτὸ*, *eodem modo* (*ταὐτὸν* hic noster habet 2, 32, 6. et 56, 11.). Neque enim ferenda est Schweighaeuseri ratio, *κατὰ τούτων* sic interpretantis: *contra alia animantia et eorum impetum*, cum propter duritiem verbi *τούτων* relati ad *ζώων*, interjectis illis *καὶ ἐπὶ τούτων συναθροιζομένων*, quibus non animalium, sed hominum societas significatur; tum, quia non modo bestiae metuendae erant primigenis illis mortalibus, velut Herculi, Theseo et heroibus, verum etiam latrones aliique malefici ac vicinorum populorum incursiones.

Cap. 7., §. 7. — *ἀναντιῤῥήτους δὲ καὶ παρὰ τῶν μὴ προσηκόντων τὰς τῶν ἀφροδισίων χρείας καὶ συνουσίας.* Interpres: *in usu item veneris quamvis illicitae contradicendi sibi nemini jus esse.* Male reddidit verba *παρὰ τῶν μὴ προσηκ.*, quae pertinent ad *ἀναντ. ἀφρ. χρείας*. hoc enim dicit, tyrannos in herbis nemini ex illis, qui non ipsorum propinqui aut familiares essent, jus reprehendendi amores suos concessisse. Verba *καὶ συν.* videntur esse a glossatore.

Cap. 9., §. 7. *δοξοφαγίαν*. Menda ineptissima. Scribendum est *δοξομανίαν*, facili correctione, cum constet, *μ*, *π*, *φ*, itemque *γ* et *ν*, permutata nonnunquam esse in codicibus.

Ibidem, §. 11. *ἢ ποῦ μετασχήσεται*. Recte Schw. nota: *ἢ ποῖ μ.*

Cap. 11., §. 6. *καὶ διῳκεῖτο διὰ τούτων*. Imo: *τοιούτων*, ut Mediceus codex.

Cap. 12., §. 3. *πρὸς δὲ τοῖς προειρημένοις οὗτοι τὰ κατεπείγοντα τῶν διαβουλίων ἀναδιδόασιν, αὐτοὶ τὸν ὅλον χειρισμὸν τῶν δογμάτων ἐπιτελοῦσι.* Casaub.: *οὗτοι τὸ* etc. *v.* ann. ad 5, 7.

Cap. 13., §. 6. *ἢ πολεμεῖν ἐπαγγέλλουσαν.* Probabiliter Reisk.: *ἐπαγγελοῦσαν*, ut *διαλύσουσαν, παρακαλέσουσαν, ἐπιτάξουσαν, παραληψομένην*: neque enim causa est, cur hic tantummodo usurpetur praesens in re non praesenti, sed pariter futura, sicut cetera, quae dicit. saepe autem sic errant librarii, ut vel iterent litteram semel scriptam, vel bis ductarum alteram omittant.

Cap. 19., §. 1. *χιλιάρχους καθιστᾶσι, τεσσαρεσκαίδεκα μὲν* etc. Haud male Hervag., Oporin., Patricius, Reiskeo ipsoque Schw. probantibus: *τέσσαρας καὶ δέκα:* nec tamen nolim *τεσσαρακαίδεκα*, cum praesertim *α* et *ες* permutentur nonnunquam in codicibus, velut apud Athenaeum 392, f. cum haec legantur: *Πρατίνας δὲ — ἀδύφωνον ἰδίως καλεῖ τὸν ὄρτυγα, πλὴν εἰ μή τι παρὰ τοῖς Φλιασίοις ἢ τοῖς Δάκωσι φωνάεντες*, quivis videat ponendum esse *εἰ μέν τι*, sed aeque certum arbitror, grammaticum dedisse *φωνάεντα.*

Ibidem, §. 2. *τῶν λοιπῶν τοὺς μὲν ἱππεῖς δέκα, τοὺς δὲ πεζοὺς ἓξ. οὐ δεῖ στρατείας τελεῖν κατ' ἀνάγκην.* Sic Mss. et priscae edd. praeter codd. Medic. et a recentiore manu Augustanum, tum editionem Hervag., in quibus habetur *οὓς* pro *οὔ*. Schw., magnopere questus de tenebris horum verborum, quas vix unquam dispulsum iri verebatur, tandem in eo acquievit, ut, immutata plurium codicum scriptura, satis haberet edere *ου δει* omissis spiritibus, quo liberior esset campus conjectandi. quem, refutatis Patricii, Leopardi, Lipsii, Casauboni et Jac. Gronovii correctionibus, ipse ingressus campum mirifica haec excogitavit: — *πεζοὺς, ἐξ οὗ εἰς τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν* (vel *εἰς τὸ ἑπτακαιδέκατον τῆς ἡλικίας ἔτος*) *ἦκον, εἴκοσι δεῖ στρατείας τελεῖν.* Adeone hallucinari virum eruditissimum? Quanquam, quod posuit *εἴκοσι*, Lipsii commentum istud est, quod tamen refelli verbis proximi segmenti *ἐὰν δέ ποτε κατεπείγῃ τὰ τῆς περιστάσεως, ὀφείλουσι καὶ πεζῇ στρατεύειν εἴκοσι στρατείας ἐνιαυσίους*, nisi quis ibi scribat, auctore Cas., *εἴκοσι πέντε* secundum Servium ad Virg. Aen. 2, 157., ipse intellexit Schw., qui quanto fecisset rectius, si expendisset alteram Casauboni conjecturam *τοὺς δὲ πεζοὺς δεκαὲξ δεῖ στρατ. τ. κ. ἀ.!* cui conjecturae tuendae ille, laudato Tacito Ann. 1, 17., ubi milites Rom. per seditionem postulasse dicit, ut *sextus decimus stipendiorum annus finem militiae afferret:* „Etsi enim," inquit, „non dicit Tacitus, eum quondam fuisse modum legitimum stipendiorum, est tamen verisimile, veterem legem reposuisse istos, et juris antiqui et obsoleti mantelium suae seditioni praetexuisse." Quid ad haec tam probabilia Schw.? Nempe respondet, si veterem aliquam legem restitui jussissent milites, potius repetendam fuisse latam ab Augusto et posteriore aevo conservatam illam, qua praetorianis 16, ceteris

autem copiis 20 stipendiorum annos constituit, ut narrat Dio Cassius 55, 23. Quasi non sit consentaneum, Augustum ipsum, cum dedit legem illam antiqui temporis, cujus speciem captabat, consuetudinem respexisse. At contra ille, quoniam haec sit unica ratio, qua Cas. inductus numerum 16. posuerit hoc loco, „meam conjecturam, *tam lubrico ac vere nullo fundamento nixam*," quae ejus verba sunt, pro re comperta negat se voluisse servari. Missa faciamus haec, tanto viro indigna, nisi quod non unica est illa ratio numerum 16. inferendi, sed ipsa codicum scriptura, probe intellecta, eodem ducit. codices illos dico pauciores quidem, sed incorruptiores, in quibus legitur *τοὺς δὲ π. ἓξ οὓς δεῖ στρατείας* etc. notum est enim, nec raro cum alias, tum in hac historia observatum, *καὶ* et *ὡς* permisceri nonnunquam a librariis, neque obscurum, *ο*, *ω* et *ου* similia esse in veteribus chartis. igitur *οὓς* initio fuisse arbitror *ὡς*, scriptum illud perperam pro *καὶ*; verboque *δέκα* (*δεκ*: v. Porson. ad Odyss., p. 131., et Add. ad Eurip. Hecub. p. 98., edd. Lipsiensium) offecisse *δεῖ* simile, quod sequebatur, itaque hanc esse mendam Polybii: *τοὺς δὲ π. ἑξκαίδεκα* (sive *ἓξ καὶ δέκα*) *δεῖ στρατ.* etc. Quodsi divinavimus, tandem haec res, de qua nihil adhuc certi sciebamus, videtur ad liquidum perducta esse.

Cap. 20., §. 9. — *μετὰ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς τὸ μὲν παλαιὸν ὑστέρους εἰώθεσαν δοκιμάζειν ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις διακοσίοις, νῦν δὲ πρωτέρους, πλουτίνδην αὐτῶν γεγενημένης ὑπὸ τοῦ τιμητοῦ τῆς ἐκλογῆς· καὶ ποιοῦσι τριακοσίους εἰς ἕκαστον στρατόπεδον.* Vere Cas.: *ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις διακοσίους*, *ducenos* equites: nam pedites si intelligendi essent, Pol. dixisset *τετρακισχιλίοις καὶ διακοσίοις*, verum hoc et per se friget, et falsi convincitur sequentibus, in quibus postero tempore trecentos equites fuisse dicit in legione Romana. Rotundo numero 4 millium hic utitur, ut 21, 16., 1, 16, 2. et 3, 107, 10.

Cap. 22., §. 1. — 3. *Καὶ τοῖς μὲν νεωτάτοις παρήγγειλαν μάχαιραν φορεῖν, καὶ γρόσφους, καὶ πάρμην. ἡ δὲ πάρμη καὶ δύναμιν ἔχει τῇ κατασκευῇ, καὶ μέγεθος ἀρκοῦν πρὸς ἀσφάλειαν· περιφερὴς γὰρ οὖσα τῷ σχήματι. τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον. προσεπικοσμεῖται δὲ καὶ λιτῷ περικεφαλαίῳ* etc. Mirum *προσεπικοσμεῖται*, quasi dicatur *πάρμη*, cum dicantur *οἱ νεώτατοι*, minimi nata milites; nisi quis excuset schema Pindaricum, quod nolim. Sane ponendum est *προσεπικοσμοῦνται* (*προσεπικοσμοῦται*), quemadmodum *ει* et *ου* confusa deprehenduntur in codicibus: v. Thucyd. 1, 40., Athen. 628, 6, Append. Adversar. Porson. pag. 811. ed. Lips.

Cap. 23., §. 11. *ἐπὶ τοσοῦτον καὶ τοσαύτην προῦνοιαν ποιοῦνται τῆς ἐνδέσεως.* Bene Reisk. et Schw. nota: *τοιαύτην.*

Cap. 24., §§. 1, 2. *Ἐξ ἑκάστου δὲ τῶν προειρημένων γενῶν, πλὴν τῶν νεωτάτων, ἐξέλεξαν ταξιάρχους πρωτίνδην δέκα· μετὰ δὲ τούτους ἑτέραν ἐκλογὴν ἄλλων δέκα ποιοῦνται· καὶ τούτους μὲν ἅπαντας προὐηγόρευσαν ταξιάρχους —.* Vel prius ταξι-

ἀρχους loco glossematis habendum est, vel illa καὶ — ταξ.; quod quidem non videtur verisimile, sed illud expungo.

Ibidem, §. 3. τῶν ταξιάρχων. Non equidem nego, nomen ἀνάλογον esse ταξιάρχης, ut ἰλάρχης, φυλάρχης, sed valet usus in hoc genere, nec eam formam vel Xenophon aliique oratores usurpaverunt, quod sciam, vel ipse usus ea est Pol., si libris confidimus, praeterquam hic et 41, 1., qui formam ταξίαρχος et saepe habet in tota disputatione de militia Romana, et hoc ipso capite ter dixit ταξιάρχους. quare suspectum de mendo mihi est ταξιαρχῶν, vereorque id ne natum sit ex compendio ταξιαρχ̃, cui per imperitiam librarius, cum signum ~ haberet pro circumflexo, videtur addidisse ων: corrector autem ineautus dederit id, cujus certe ratio constaret, ταξιαρχῶν. Quod consentire in hoc Schw. ait libros, non est magni momenti propter eorum paucitatem. Ceterum contrario modo, i. e. omittendo eo signo, erratum arbitror apud Hermesianactem versu 44., Athen. 598, b, ubi cum legatur in codicibus καλλίω ναίζαον, vel καλλίον' ἵξαον, διῆλθεν ἀποπρολιπὼν Ἄκραν ἐς Κολοφῶνα, recte quidem posuerunt, quod in proclivi fuit, δ' ἦλθεν, sed corruptiora ista, quae antecedunt, male procuraverunt, scribentes Κλαίων, αἰάζων, cum ipsi ductus litterarum, quamvis vitiati, monstrent aptissima haec Κἀλλίονα ξοάνων, *pulcriorem simulacris*, quod nostrates dicunt bildschön. scilicet ξοάν̃ scriptum per compendium, forte neglecto signo, magis etiam depravari coeperit, ut solet.

Cap. 25., §. 5. Urbin., Aug., Reg. D, Oxon.: Τὰ δὲ δόρατα κατὰ δύο τρόπους ἄπρακτα ἦν αὐτοῖς, καθὰ μὲν ᾗ, vel ᾗ, λεπτὰ καὶ κλαδαρὰ ποιοῦντες οὔτε τοῦ προτεθέντος ἠδύναντο σκοποῦ στοχάζεσθαι, καὶ πρὸ τοῦ γε τὴν ἐπιδρομὴν πρός τι προσερεῖσαι, κραδαινόμενα δι' αὐτῆς τῆς τῶν ἵππων κινήσεως τὰ πλεῖστα συνετρίβετο —. Medic. et edd. Oporin. atque Hervag.: καθὰ μὲν γὰρ λεπτὰ, quasi sequatur ἐποίουν. et vertit quidem, sed incerta auctoritate, Lascaris: *quia enim graciles eas* (hastas) *faciebant*. quo Catone haud contentus Cas. apud Franc. Patricium libello de re milit. Rom., Thesaur. Graev. t. 10. pag. 893., posuit haec: — καθ' ἕνα μὲν, ᾗ λεπτὰ etc., mutato verbo καθὰ, quo esset locus τῷ ᾗ, *quatenus*, *quia*, nec potius hoc ipso emendato, cum appareat, hanc esse manum scriptoris: καθὰ μὲν ἂν (ᾱ, ῆ, ην, ηι) λεπτὰ etc. De α et η litteris confusis v. annotata nobis in Noctibus Naucratiois ad Athen. 337, b, de usu autem τοῦ ἄν in iis, quae fieri possint et soleant, Matth. gr. gr. §. 598, c, 1. ed. Illud γὰρ videtur profectum esse ab eo, qui nesciret, quid faceret τῷ ᾗ vel ᾗ.

Ibidem, §. 7. ὑπό τε τῶν ὄμβρων ἀποδερμανούμενόι καὶ μυδῶντες. Glossema.

Cap. 27., §. 3. et cap. 41., §. 2. ἐπιφάνειαν καὶ πλευράν. Etiam hoc facile animadvertatur glossema esse: cave enim putes, scriptorem minime ineptum simul vocabulum τεχνικὸν et

commune usurpasse. v. Schw. lexico Polyb., v. *ἐπιφάνεια*, 2. Contra §. 5. nomine *πλευρὰ* usus est, sed item solo.

Ibidem, §. 6. — *τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, ἣ νοείσθω καὶ καλείσθω δὲ καθάπαξ ἡμῖν ἀεὶ τοῦ παντὸς σχήματος κατὰ πρόσωπον.* Mendosa. forte interciderit necesse est *ἡ* articulus ante *τοῦ*, haustus, puto, ab *ει* simili, quod antecedit; de qua similitudine Jacobs. Anthol. Palat. 3. p. 749., Porson. ad Eurip. Phoen. et Med., aliique, in quibus nosmet ipsi ann. ad Odyss. *δ*, 33., dixerunt. Rem declarans, secundum Schelium, Schw.: „Nempe," inquit, „intelligi debet, hoc nonnisi docendi causa ita poni a scriptore nostro, eo fine, ut faciliori commodiorique opera justam notionem formae castrorum animo informare posset lector: ceterum, dum id ita monet Pol., satis ipse significat, eandem partem alias non ut *frontem castrorum* solere cogitari, neque ita adpellari. Scilicet agitur de ea parte castrorum, quae *portam decumanam* spectabat, quae (in simplicibus quidem castris) posterior porta erat, in latere averso ab hoste; cui portae opposita erat in altera parte, quae proprie frons castrorum et habebatur et nominabatur, *porta praetoria*, haud procul eo loco, quo nunc praetorium ait esse intelligendum. Cf. 32, 6 — 8." (item 35, 5.)

Cap. 29., §. 1. — 3. *Γενομένης δὲ τῆς τῶν ἱππέων παρεμβολῆς κατὰ μέσας τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς, — πλὴν τοῖς προειρημένοις ἱππεῦσι κατόπιν τοὺς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων Τριαρίους — τιθέασι —.* Dormitaverunt editores: alienum est enim *πλὴν* et in locum ejus sufficiendum *πάλιν*, quod interpres videtur legisse in exemplari suo, vertens: PORRO *praedictis equitibus Triarios legionis utriusque a tergo applicant.* En gradus depravationis: *ΠΑΛΙΝ, ΠΛΙΝ* (A neglecto propter *Λ* simile vicinum: adeo vera est Hesiodi vox *Πῆμα κακὸς γείτων*), *ΠΛΗΝ*. cf. 30, 1., 31, 8.

Cap. 32., §. 2. — *συμβαίνει τοῖς βουλομένοις συνεφιστάνειν καὶ τοῦ χωρίου τὸ μέγεθος καὶ τὴν ὅλην περίμετρον τῆς παρεμβολῆς.* Sensit Schw., desiderari verbum, quale est *γνῶναι*. Fortasse *μετρεῖν* sensu *aestimandi*, quo sensu legitur 2, 47, 5., 12, 14, 5., 17, 14, 11., casu intercidit, occultatum simili -*μετρον*, quod antecedit. Conjunctio verbi cum nomine cognato non est insolita: v. Matth. gr. gr. §. 415.

Cap. 35., §. 11. *οἱ δὲ προκριθέντες ὑπὸ τῶν οὐραγῶν ἐκ τῆς πρώτης ἴλης τέτταρες, ἐπειδὰν διαλάχωσι τὰς φυλακὰς, πορεύονται πρὸς τὸν χιλίαρχον, καὶ γραφὴν λαμβάνουσι, πόστην καὶ πόσας ἐφοδεῦσαι δεῖ φυλακάς.* Schw.: „*πόστην*, scil. *φυλακὴν ἐφοδεῦσαι δεῖ ἕκαστον, quanam de vigilia noctis* (proprie: *quota vigilia*) *quisque eorum debeat circuitionem facere.* Itaque cap. 36, 1. est *ὁ τὴν πρώτην φυλακὴν λαχὼν*, et vers. 4. *οἱ τὰς τῶν τὰς ἑξῆς φυλακὰς ἐφοδευόντων.*" Pro *πόστην* Lipsius p. m. 275. ait legi etiam posse *πόσην*, *quantam*, quod quid sit, nos quidem non capimus. Et *πόσην* quidem, ex Lipsii sententia edidit Poesche-

lius, sed interpretatus est *quotam;* at id πόστην est, non πόφην." Ita vir doctissimus, qui πόστην revocavit ex editione Hervag., quacum facit codex Medic., cum Cas. edidisset πόσον ex Urbinate, Aug., Reg. D et Oxoniensi, praefixo quidem asterisco, quo nihil opus est, cum neque manca haec sint, nec quidquam subsit depravati. Equidem probo πόσου, *quando*, quo sensu etiam πόστην accipiendum foret, intellecto ὥραν, a quo non abhorret Schweighaeuseri interpretatio *quanam de vigilia noctis*; sed idem significaret πόστην (φυλακήν) et πόσας φυλακάς, neque verborum καὶ — φυλακάς sententia potest esse illa, quam iis subjecit Schw.

Cap. 38., §. 2. — ὥστε δέκατον μάλιστα γίγνεσθαι τῶν ἡμαρτηκότων. Imo: τὸ δέκατον.

Cap. 39., §. 6. ἐὰν μὲν ἑκόντες ποιῶσιν. Recte Reisk. supplet εὖ ἐστι. Ellipsis nota, quam non debebat addubitare Schw.

Cap. 42., §. 4. ἐξ ὧν ἀνάστατον ὑπάρχειν συμβαίνει καὶ τὸν κατ' ἰδίαν, καὶ τὸν κατὰ μέρος ἑκάστῳ τόπον τῆς στρατοπεδείας. Prope verum Cas. et Schw.: ἐξ ὧν ἅστατον —, recte autem, ipso Schw. approbante, Reisk.: ἑκάστων: sed laborant etiam verba κατ' ἰδίαν, ut quibus idem propemodum significetur ac τῷ κατὰ μέρος, cum opus sit indicato contrario, quale est τὸ ὅλον. Ita scribamus· ἐξ ὧν ἂν ἅστατον ὑπ. συμβ. καὶ τὸ κατ' ἰδίαν, καὶ τὸν — τῆς στρατοπεδείας, *unde evenire solet, ut et figura castrorum metationis, et singulorum in illis locus incertus sit.* Sic 1, 66, 4. codd.: Ὁ μὲν οὖν Γέσκων — οὕτως ἐχειρίζετο κατὰ τὴν ἐξαποστολήν, et Schw. recte in ordine: — οὕτως ἐχείριζε τὸ κατὰ τὴν ἐξ., i. e. ἐχείριζε τὴν ἐξαποστολήν: sed in annotatione reponi jubet τὰ κατὰ τὴν ἐξ., quasi usus Polybii pluralem numerum requirat, quem etsi saepius usurpavit in hoc genere, tamen et singularis locum habet.

Ibidem, §. 5. αἰεί. Forma poëtis usitata, qui, cum correpta priore syllaba opus est, dicunt ἀεί, sicut oratores. neque enim vel Porsono concesserim, communem esse vocalem in ἀεί, vel Schweighaeusero in lexico Polyb., haec nihil inter se differre. Etymologus apud Koen. ad Gregor. p. 160.: Ἰστέον, ὅτι ιβ φωναί εἰσι τοῦ ἀεί· ἔστι γὰρ αἰεί, καὶ αἰὲν, καὶ αἰὲς ποιητικῶς, καὶ ἀεὶ συνεσταλμένον (temere Porsonus praef. Hecubae pag. XVII. [XIX.]: ἐκτεταμένον), καὶ ἀΐ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι. Fatetur ipse Schw. in lexico, v. ἀεί, id plerumque Mss. hujus nostri libros ostendere.

Cap. 43., §. 3. — δοκοῦντας ἀκμὴν καὶ μέλλοντας εὐτυχεῖν. Senarium tragici poëtae vel gnomici agnovit Schw., sed ita scribendum est:

*Μέλλοντας ἀκμὴν καὶ δοκοῦντας εὐτυχεῖν.*

Etiam quae sequuntur, τῆς ἐναντίας πεῖραν εἰληφέναι μεταβολῆς, facile in eandem formam redigas verbo εἰλ. mutato in λαβεῖν, ceterisque transpositis hunc in modum:

ἐναντίας τῆς μεταβολῆς πεῖραν λαβεῖν.

Cap. 44., §. 6. *διαφορὰν καὶ στάσιν.* Sic libri etiam 46, 7., et 1, 67, 2.: *διαφορὰ καὶ στάσις.* (quem praeterea Schw. laudavit locum in lexico Polyb. v. *διαφορὰ*, 1, 87, 4., eo loco non leguntur ista verba, nec jam vacat quaerere, quemnam alium dicat.) Nescio an glossator Polybiano verbo suum admiscuerit.

Ibidem, §. 8. *ὃ δὴ καὶ τῇ τῶν Ἀθηναίων πολιτείᾳ πλεονάκις ἤδη συμβέβηκε. διωσαμένη γὰρ ἐνίοτε τὰς μεγίστας καὶ δεινοτάτας περιστάσεις διά τε τὴν τοῦ δήμου καὶ τὴν τῶν προεστώτων ἀρετήν, ἐν ταῖς ἀπεριστάτοις ῥαστώναις εἰκῇ πως καὶ ἀλόγως ἐνίοτε σφάλλεται.* Mulit Reisk. *ἔσφαλται*, ut *ἐφίετο* pro *ἐφίεται* 5, 102, 1.; sed videtur Pol. usurpare nonnunquam praesens pro praeterito, more poëtarum. v. Eurip. Hecub. 10., Suppl. 865., Iphig. T. 160. etc.

Cap. 47., §. 8. — *τῶν τεχνιτῶν ἢ τῶν ἀθλητῶν τούς γε μὴ νενεμημένους.* Ita Cas. et Schw. secundum codd. Aug. et Medic., similiterque alii libri; nec dubitanter vertit Cas.: *qui in album non fuerint recepti*, qua de re Schw. evolvi jubet Suetonium Nerone, cap. 21., et Fabrum Agonist. l. 3. cap. 16. „Ceterum," inquit, „nusquam alibi hoc verbum, cujus quaenam h. l. vis sit ignorare se professus est Reiskius, ita usurpatum novimus. Usitatius esse *προσνέμεσθαι*, monuit Ernestus. Proprium alias in ea re verbum *ἀπογράφεσθαι* perhibetur." Quid igitur? num inusitate locutum esse, et quidem in re nota et verbis notis significari solita, existimabimus hunc nostrum potius quam dormitavisse librarios, vel forte depravatam esse veram scripturam? Id quidem opinor, nec reponere verear *τούς γε μὴ νενομισμένους*, *non adscriptos in numerum*, sive *ordinem*, *artificum scenicorum aut athletarum.* sicut enim *νομίζεσθαι* seu *νενομισμένα εἶναι* dicuntur res, quae ex more fiunt, sic rariore quidem usu, sed tamen *ἀναλόγως*, homines, qui rite ac more obtinent aliquem locum, dici possunt *νενομισμένοι.* Adstruit correctionem palaeographia, siquidem nemo ignorat, cum ε et ο, tum η et ις, haud semel permixta esse in codicibus.

Cap. 50., §. 6. *Ῥωμαῖοι δὲ, τῆς Ἰταλιωτῶν αὐτῶν ἐπιλαβόμενοι δυναστείας* —. Interpres: *At Romani, populorum ipsius Italiae dominationem semel nacti* etc. Imo: *solorum Italorum dom.* etc.

Cap. 52., §§. 6, 7. *διὸ κἂν ποτε πταίσωσι κατὰ τὰς ἀρχάς, Ῥωμαῖοι μὲν ἀναμάχονται τοῖς ὅλοις, Καρχηδόνιοι δὲ τοὐναντίον ὑπὲρ πατρίδος ἀγωνιζόμενοι καὶ τέκνων, οὐδέποτε δύνανται λῆξαι τῆς ὀργῆς, ἀλλὰ μένουσι ψυχομαχοῦντες, ἕως ἂν περιγένωνται τῶν ἐχθρῶν.* Scriptura olim vulgata, quam praebent etiam Mss. Aug., Urb., Regii Paris. et Oxon., nisi quod interpunctum est in Augustano post *τοὐναντίον*, oratione quidem manca, quam supplebat Reisk. ita scribendo: — *τοὐναντίον. οἱ γὰρ ὑπὲρ* etc., probante Schw., qui edidit: — *τοὐναντίον.* [*οἱ γὰρ*] *ὑπὲρ* etc. sed Medic. et ed. Hervag. cum habeant *τἀναντία ὑπὲρ* —, verisimilius est, nihil nisi *οἱ* desiderari post *τἀναντία*, haustum illud ab α simili, quod praecedit. Ceterum Romani dicuntur, dure interjectis verbis

*Καρχ. δὲ τἀναντία*, quae putes festinantem librarium occupavisse, a Polybio illata post *ἐχθρῶν*, quo loco transitum praeparant ad ea, quae sequuntur, in quibus cum itidem verba fiant de causis praestantiae Romanorum in bello, abhorret *Διὸ*, nisi antecesserint quaedam de diversis Carthaginiensium institutis, quae quoniam minus valuerint, inde Pol. factum esse ait, ut Romani universorum semper bellorum victores evaderent.

Cap. 53., §. 6. *Ταύτας δὴ τὰς εἰκόνας ἔν τε ταῖς δημοτελέσι θυσίαις ἀνοίγοντες κοσμοῦσι φιλοτίμως.* Bene Reg. E: *ἀνάγοντες*, quod nescio quomodo neglexit Schw. Euripides Herc. fur. 1222.: *θανόντος δ', εὖτ' ἂν εἰς ᾅδου μόλῃς, Θυσίαισι — Τίμιον ἀνάξει πασ' Ἀθηναίων πόλις.* Troad. 510.: *τόδ' ἱερὸν ἀνάγετε ξόανον Πλιάδι Διογενεῖ κόρᾳ.* Sophocles Trach. 192.: *Παιᾶν' ἀνάγετ', ὦ παρθένοι*, ubi Scholiastes: *ἀνυμνεῖτε — τὸν σωτῆρα Ἀπόλλωνα.* Mire interpres, concoquens ille *τὸ ἀνοίγοντες*: *Atque hasce nimirum imagines per solennitates publicas* APERIUNT etc.

Cap. 55., §. 1. *Ὡράτιον.* Recte fecerunt, qui reposuerunt *Ὁράτιον*, quod plurimi habent libri cum alias et apud alios, tum hoc ipso loco; nec magnae rei est, quod hic quidem codex Urbinas, quamvis antiquissimus, et 3, 22, 1. omnes Mss. ostendunt *Ὡράτιον*, cum permisceri soleant ο et ω litterae, quemadmodum 5, 53, 11. libri, cum ab uno Bavarico discesseris, obtrudunt *Νεωλάῳ* pro *Νεολάῳ*.

Ibidem, §. 3. — *περὶ πλείονος ποιησάμενος — τὴν ἐσομένην μετὰ ταῦτα περὶ αὐτὸν εὔκλειαν τῆς παρούσης ζωῆς καὶ τοῦ καταλειπομένου βίου.* Miror superstitionem editorum, glossema tam putidum propagantium.

---

## Polybii Historiarum libri septimi reliquiae.

Cap. 3., §. 2. *Ὁ δὲ Ἱερώνυμος, ἅτε ἐν μίσει ὄντων τῶν πρεσβευτῶν, ἔφη συλλυπεῖσθαι τοῖς Ῥωμαίοις, ὅτι καλοὶ κακῶς ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν μάχαις ἀπολώλασιν ὑπὸ Καρχηδονίων.* Negatione opus esse sentiens Reisk. proposuit *ἔφη οὐ συλλ. τ. Ῥ.*, quod vereor ut dicatur graece pro *οὐκ ἔφη συλλ. τ. Ῥ.*: alioqui *ου* videri posset haustum a simili *συ-*, quod sequitur. Perperam Schw. vulgatam tuens satis ait intelligi, per ludibrium hoc dici, quasi absurda dicere liceret per ludibrium: absurdum vero est commiserari malos. Ceterum non semel negatio excidit apud scriptores, velut inferius 13, 5., si divinavimus. cf. annotata nobis ad Thucyd. 1, 133.

Cap. 4., §§. 6, 7. *Καὶ τέλος ἐπὶ τοσοῦτον ἐξωμίλησαν τὸ μειράκιον, ὥστε καθόλου μηδενὶ προσέχειν τῶν ἄλλων διὰ τὸ καὶ φύσει μὲν ἀκατάστατον ὑπάρχειν, ἔτι δὲ μᾶλλον ὑπ' ἐκείνων μετεωρισθέν. Ἀκμὴν τῶν περὶ Ἀγάθαρχον ἐν τῇ Καρχηδόνι τὰ προειρημένα διαπραττομένων, ἐπιπέμπει πρεσβευτὰς* etc. Ita Schw. auctore Cas., sed in annotatione praefert Ursini distinctionem

banc: — *ὑπαρχειν· ἔτι — μετεωρισθὲν, ἀκμὴν* etc. Neutra ratio placet, Casauboni propter asyndeton; Ursini propter disjuncta verba *διὰ τὸ — μετεωρ.*, quae cohaerere indicio est cum ipsa oratio, tum *δὲ* rite respondens antecedenti *μὲν* particulae. Apud Casaubonum Schw. requirebat *οὖν* vel *διόπερ* ad *ἀκμήν*. Accipiamus *οὖν*, cui fortasse fraudi fuit *-ην* simile, quod illud exciperet. confunduntur enim interdum *η* et *ου*, velut *ῃ* pro *οὐ* scriptum videtur Cyclopibus Athen. 140, e, et contra *οὐ τοῖς ἄλλοις* pro *ᾗ τ. ἄ.* apud eundem 627, c.

Cap. 7., §. 1. — *τὰ πρὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς γενόμενα σημεῖα, καὶ τὰς ἀτυχίας τὰς Συρακουσίων.* Probabiliter Reisk.: *ἀρχῆς αὐτῆς*: nam quod Schw. intelligi posse haud incommode putabat *αὐτοῖς Συρακουσίοις*, quia id nomen habetur in proximis, durum est; nec placent, quae ipse proposuit, *αὐτοῦ*, vel *αὐτῷ*.

Ibidem, §§. 2, 3.: — *ὥστε μήτε Φάλαριν, μητ' Ἀπολλόδωρον, μήτ' ἄλλον μηδένα γεγονέναι τύραννον ἐκείνου πικρότερον. καὶ παῖς, παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εἶτα μῆνας οὐ πλείους τριῶν καὶ δέκα βιώσας μετήλλαξε τὸν βίον.* Importunum sane *καί*. igitur Valesius suspicabatur legendum esse *καί τοι*, Schw. *καίπερ*, quorum neutrum videtur verisimile, sed hoc ponam: — *πικρότερον, ὃς παῖς* etc. Haud raro *ὡς* et *καὶ* confusa deprehendas; simillima vero *ος* et *ως*, ipsasque litteras *o* et *ω* alteram pro altera scribere librarii solent per incuriam.

Ibidem, §. 7. *Ὅσῳ γὰρ ἄν τις εὐλογώτερον καὶ περὶ ταῦτα τὸν ἀναπληροῦντα τὰς βίβλους καὶ τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον τῆς διηγήσεως εἰς Ἱέρωνα καὶ Γέλωνα διάγοιτο, παρεὶς Ἱερώνυμον.* Imo: *εὐλογ. ἢ περὶ ταῦτα* etc. Nihil novi est permisceri has particulas: videsis annotata nuper nobis in Thucydideis ad Thuc. 2, 17. Reiskeo in mentem venit *εὐλογ. καὶ περιττότερον τὸν ἀναπληροῦντα* etc., quae miror placuisse Schweighaeusero. — Verba *καὶ τὸν ἐπιμ.*, quae et *ταυτολόγα* sunt et caudam trahunt, reddamus suadeo glossatori.

Cap. 8., §. 3. *ἔτι δὲ τὸ μὴ μόνον κτήσασθαι τὴν ἀρχὴν οὕτως, ἀλλὰ καὶ διαφυλάξαι τὸν αὐτὸν τρόπον.* Ita Pol., brevitati studens, resque magis spectans quam verba: est enim *ἔτι δὲ* intelligendum *ἔτι δὲ παράδοξόν ἐστι*, quae suppleas ex antecedente verbo *παραδοξότατον*.

Cap. 9., §. 6. *καὶ πάσας πόλεις καὶ ἔθνη, πρὸς ἃς ἐστιν ἡμῖν ἥ τε φιλία τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Κελτίᾳ καὶ ἐν τῇ Λιγυστίνῃ, καὶ πρὸς οὕστινας ἡμῖν ἐὰν γένηται φιλία καὶ συμμαχία ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ.* Malit Reisk. *πρὸς ἃ*, haud dissentiente Schw., quia proxime praecedit nomen *ἔθνη*: sed verisimilius videtur *πρὸς οὓς* figura *πρὸς τὸ νοητὸν* sive *σημαινόμενον*, quemadmodum et *οὕσ τινας* hic noster dixit in sequentibus, et §. 9.: *χωρὶς βασιλέων καὶ πόλεων καὶ ἐθνῶν, πρὸς οὓς ἡμῖν εἰσιν ὅρκοι καὶ φιλίαι.* Iliad. *π'*, 280.: — *ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες, Ἑλπόμενοι* —. cf. Odyss. *α'*, 387, *ζ'*, 157, Aristoph. Vesp. 1478 sequn., Viger. 3, 2,

2. α et ου permisceri, tralaticium est: v. ann. ad Thuc. 8, 42. Certiore etiam correctione scribo: πρὸς οὓς ἐστιν ἡμῖν ἤδη φιλία —, καὶ πρὸς οὕστινας ἡμῖν ἂν γένηται etc. De δ et τ confusis v. annot. ad 3, 66, 3. ἐὰν pro ἂν perperam scriptum est etiam apud Athenaeum 129, f, 517, d, 547, b, 615, e. Schw., post ἤ τε φιλία intercidisse putans καὶ συμμαχία, non persuadet.

Ibidem, §. 8. — ἄνευ δόλου καὶ ἐπιβουλῆς ἐσόμεθα πολέμιοι τοῖς πρὸς Καρχηδονίους πολεμοῦσι —. Apage Reiskei operosam curationem ἐσόμεθα πολέμιοι, ὑμεῖς μὲν τοῖς πρ. Κ. π. etc. nec quidquam desideratur, ut visum Schweighaeusero, sed merum sphalma librarii est ἐσόμεθα pro ἔσεσθε, de quo primum ipse cogitabat.

Ibidem, §. 10. ἔσεσθαι δὲ καὶ ἡμῖν πρὸς τὸν πόλεμον. Locus affectus. Aut adjiciendum esse σύμμαχοι, aut scribendum συνέσεσθε vel παρέσεσθε censebat Schw., quod durum. bene autem habet repositum ab eo ἔσεσθε. absolvamus correctionem ponendo ἔσεσθε δὲ μεθ' ἡμῶν etc. De hallucinatione scribarum καὶ et μετὰ haud raro confundentium dixit Schaefer. Melet. crit. pag. 58. et in notis pag. 134. sequ., tum Jacobs. ad Tat. 14, 7. Recte Schw. 1, 49, 9.: δεόμενοι μεθ' ἱκετηρίας, ubi codd.: δ. καθ' ἱκετ., contraque 2, 69, 7. μεταβαλοῦσαι in καταβαλοῦσαι mutandum esse intelleximus. hic quidem gliscente depravatione scripserunt, puto, καθ', κατ, καί. ἡμῶν vero et ἡμῖν facile confuderint. ἔσεσθε δὲ μεθ' ἡμῶν, ut Xenophon Anab. 1, 3, 5.: Ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς οὐ βούλεσθε συμπορεύεσθαι, ἀνάγκη δή μοι ἢ ὑμᾶς προδόντα τῇ Κύρου φιλίᾳ χρῆσθαι, ἢ πρὸς ἐκεῖνον ψευσάμενον μεθ' ὑμῶν εἶναι, ubi, quod Porsonus reponi jussit, ἰέναι vel hoc loco arguitur.

Ibidem, §. 12. ποιήσει τῶν δὲ τῶν θεῶν ὑμῖν μὲν καὶ ἡμῖν etc. Pariter mendosa. Haud male Schw. in lex. Polyb. v. ποιεῖν (nam in commentario nugatur): εὖ ποιησάντων δὲ τῶν θεῶν etc., cum praesertim antecedat vox συμφωνήσωμεν, ut videatur verisimile, εὖ absorptum esse ab -εν vicino. nec tamen poenitet suspicionis, quam olim habui, Polybium dixisse: πορισάντων δὲ, vel δ' εὖ, τῶν θεῶν ἡμῖν μὲν καὶ ὑμῖν (id malim quam vulgata, quoniam auctores belli fuerunt Carthaginienses, quare in sequentibus se stipulaturos dicunt pro Philippo, si ex sententia successerit) κατὰ τὸν πόλεμον etc. Emendatio facilis, quippe η ι et ρ, item α (ᾱ) et ει, ε ει et similibus, etiam alias confusis. tum, quod ad ipsam orationem attinet, eodem modo Euripides Med. 828.: τί πάσχω θεῶν ποριζόντων καλῶς; et Alc. 213.: ὦναξ Παιὰν, ἔξευρε μηχανάν τιν' Ἀδμήτῳ κακῶν, πόριζε δή, πόριζε! —

Cap. 12., §. 6. — 8. καὶ μὴν περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Χρυσογόνου καὶ τῶν ἄλλων φίλων εὐνοίας καὶ προθυμίας εἰς αὐτὸν οὐδ' ἂν εἰπεῖν τις δύναιτ' ἀξίως· τὴν δὲ Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν, ἅμα δὲ τούτοις Ἠπειρωτῶν, Ἀκαρνάνων, ὅσων ἑκάστοις ἀγαθῶν ἐν βραχεῖ χρόνῳ παραίτιος ἐγένετο. καθόλου γε

μὴγ ἤδη μικρὸν ὑπερβολικώτερον εἰπεῖν, οἰκειότατ' ἂν εἶμαι περὶ Φιλίππου τοῦτο ῥηθῆναι, διότι κοινός τις οἷον ἐρώμενος ἐγένετο τῶν Ἑλλήνων διὰ τὸ τῆς αἱρέσεως εὐεργετικόν. Schw.: „τὴν δέ. τῶν δὲ suspicatus erat Valesius et cum eo Reisk. Mihi videntur eo loco, ubi defectus notam posui (post Ἀκαρνάνων), verba nonnulla excidisse in eam sententiam, quam in versione lat. expressi.“ sic autem se habet ejus interpretatio: „Peloponnesiorum vero et Boeotiorum, pariterque Epirotarum ac Acarnanum, quantum fuerit in eumdem studium, facile aestimare poterit, qui consideraverit, quot et quanta brevi temporis spatio beneficia in eorum quosque contulerit.“ qua interpolatione supersedimus, neque ipsa Valesii conjectura opus est, sed τὴν δὲ intelligendum τὴν δὲ εὔνοιαν Πελοπ., *quod vero attinet ad benevolentiam Peloponnesiorum* etc.; dein correcta interpunctione scribendum: — ἐγένετο, καθόλου γε etc., apodosi coepta verbo καθόλου.

Cap. 13., §. 2. ἐπαγγελίᾳ καὶ φάσει. Ita hoc uno loco Pol., cum saepius dicat ἐπαγγελίαν et ἐπαγγελίας, habentque sane verba καὶ φάσει suspicionem glossematis: neque enim solent probi scriptores vocabulo magis definitae notionis subjicere aliud generale, sed contra, cum hoc illo explicant.

Ibidem, §. 5. τὴν πίστιν τῆς στερηθείσης ἀποφάσεως. Fugit Schweighaeuserum ratio, ἀπόφασιν στερηθεῖσαν interpretantem στερηθεῖσαν πίστεως, neque arridet Jac. Gronovii conjectura, suadentis τῆς τότε ῥηθείσης. Videtur ipsa sententia monstrare hoc: τὴν π. τῆς οὐ στηριοθείσης ἀπ., *fidem non probatae*, seu *firmatae, narrationis*. De omissa negatione ad 3, 2. hujus libri; de ε et η, η et ις, permisceri solitis non opus verba facere, cum satis noti sint hi errores scribarum.

Cap. 17., §. 4. διὰ τῆς προπεπτωκυίας ἐπὶ τὸν κρημνὸν ὀφρύος. Reponamus ἐπὶ τῶν κραμνῶν. cf., si tanti est, §. 1.; 15, 9.; 18, 1.

---

## Liber octavus.

Cap. 2., §. 3. Εἰσὶ δ' ἐνδεχόμεναι πίστεις ὅρκοι, τέκνα, γυναῖκες, τὸ μέγιστον, ὁ προηγουμένως βίος. Videtur deesse μὲν ante μέγιστον, expulsum a simili vicino: usitatum est enim, non sequente δὲ conjunctione, qua de re v. cum aliis, tum Matth. gr. gr. §. 606, II, 4. Idem remedium adhibuerim Xenophonteis illis Mem. Socr. 3, 4, 12.: ἡ γὰρ τῶν ἰδίων ἐπιμέλεια πλήθει μόνον διαφέρει τῆς τῶν κοινῶν, τὰ δὲ ἄλλα παραπλήσια ἔχει· τὸ μέγιστον, ὅτι οὔτε ἄνευ ἀνθρώπων οὐδέτερα γίγνεται etc., quo loco Schneider., secundum Castalionem et interpretationem Bessarionis, edidit τὸ δὲ μέγιστον.

Cap. 11., §. 10. αὐτοὶ δὲ τὰς αὐτὰς ἐκείνοις χρήσεις ἑτέροις παρείχοντο. Malim ἐκείναις vel ἐκείνων, intellecto verbo

χρήσεσι: neque enim recte compares hominem cum alius hominis officio, sed hominem cum homine et officium cum officio. Certe, si ita dixit Polybius, negligenter dixit.

Ibidem, §. 13. οὔτ' ἄλλους οὐδ' ὁποίους. Imo: οὔδ' ἄ. οὖν ὁπ., neque alios quoscunque.

Cap. 12., §. 10. Φιλίππῳ καὶ μετὰ Ἀλεξάνδρῳ συμβιώσαντες. Valesius: μετ' ἐκεῖνον, Reisk. et Schw.: μετ' αὐτὸν, quorum neutro opus est, cum μετὰ significare possit μετέπειτα, ut apud poëtas et Herodotum: v. Schneider. lex. gr. v. μετά.

Ibidem. ὧν οὐδὲν ἂν δέοι μνημονεύειν ἐπ' ὀνόματος. Scribamus δέον. Vel sphalma est δέοι, vel positum ab eo, qui restituendum putaret optativum, jungendum, ut passim, ἄν particulae, cum oblitus esset elegantis illius usus, quo ἄν servit mitigandae orationi.

Cap. 13., §. 5. Τὸ τῆς Ἑλλάδος ὄνομα καὶ πρόσωπον. Hendiadys pro Τὸ τῆς Ἑλλάδος πρόσωπον, i. e. ἐπιφάνειαν seu πρόσχημα, quemadmodum μοναρχου πρόσχημα dixit in iis, quae sequuntur. cf. 27, 6, 4. (προθέμενοι τὸ τοῦ βασιλέως Εὐμένους πρόσωπον) et Schw. ad 5, 107, 3. Vel potius scribendum ὄμμα.

Cap. 19., §. 10. Ἦν γάρ τις ἐπίνοια περὶ τῶν Ἀχαιῶν τοιαύτη· πρῶτον μὲν διαφυγεῖν τοὺς ἐνεστῶτας κινδύνους, μετὰ δὲ ταῦτα ποιήσασθαι διὰ προόδου τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τοὺς κατὰ Συρίαν τόπους. Schw.: „διὰ προόδου. Quid sit hoc, nescimus. Casaubonus, ingenium magis suum quam usum sermonis secutus, in ipso exitu interpretatus est.“ Frustra Reisk.: δίχα προόδου, quod vertit: sine processione, h. e. sine praedicatione sui nominis et jactatione suae conditionis, sed celato et dissimulato cum nomine, tum fortuna et consiliis, denique id, quod nos incognito dicimus.“ cui Schw. obsecutus etiam ipse reddidit: nullo adventus sui nuncio praemisso, quasi de eo cogitarent profugi. Imo per insia difficiliaque accessu elabi student metu persequentium. 3, 19, 7.: — Τέλος οἱ περὶ τὸν Δημήτριον ἐτράπησαν· καί τινες μὲν αὐτῶν ἔφυγον πρὸς τὴν πόλιν, οἱ δὲ πλείους ἀνοδίᾳ κατὰ τῆς νήσου διεσπάρησαν. 5, 13, 6.: τοὺς μὲν λοιποὺς τῶν Αἰτωλῶν ἀνοδίᾳ καὶ προτροπάδην συνέβη φυγεῖν, 4, 58, 10.: Τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος τῶν Αἰτωλῶν, τὸ μὲν συνεπατήθη, τὸ δὲ κατὰ τῶν πρημνῶν φεῦγον ταῖς ἀνοδίαις ἐξετραχηλίσθη. Scribendum igitur fuerit δι' ἀπροσόδου, vel (si inusitata sunt adjectiva πρόσοδος et ἀπρόσοδος) διὰ δυσπροσόδου, cum fieri possit, ut διὰ hauserit simile, quemadmodum δή, διά, δίς, confusa hic illic novimus in libris; saepiusque etiam πρὸ et πρὸς praepositiones permiscentur, de quo errore v., si tanti est, Schweigh. ad Athen. 10, a, nos ad Soph. Oed. Col. 147. etc. δυσπρόσοδος plus quam semel hic noster usurpavit.

Cap. 20., §. 9. καὶ παραγενομένου τοῦ Βώλιδος ὡς τὸν Καμβύλον. Haec assuta sunt a nescio quo inepto, quippe ἀσύ-

στατα cum §. 3. hujus capitis, ubi jam narravit scriptor, Bolidem convenisse Cambylum.

Cap. 22., §. 6. — *τὸν δ' Ἀχαιὸν αὐτὸς ὁ Βῶλις ὁμοῦ τοῖς ἱματίοις, ἔνδον τὰς χεῖρας ἔχοντα, συνήρπασε, φοβηθεὶς, μὴ συννοήσας τὸ γιγνόμενον ἐπιβάλοιτο διαφθείρειν αὐτόν* (non *αὐτόν*). Soloece et putide interpres: *at Achaeum Bolis ipse corripuit cum vestibus, intra quas manus habebat*, quasi aut diceretur graece *ὁμοῦ ἱματίοις* pro *σὺν ἱμ.*, aut sine vestibus corripi Achaeus potuisset. Non vidit vir bonus, *ὁμοῦ* pertinere ad *συνήρπασε*, et Achaeum vestibus prehensum dici a Bolide metuente, ne alium ille segniorem praeveniret manus sibi afferendo.

Ibidem: *καὶ γὰρ εἶχε μάχαιραν ὑφ' αὑτῷ παρεσκευασμένος.* Schw.: „Mire dictum *ὑφ' αὑτῷ* pro *ὑφ' ἱματίῳ*, (!) ni ex hoc ipso corruptum.“ Quis, quaeso, id fieri potuisse sibi persuadeat? Nec probabiliter Reisk.: *ἐφ' αὑτὸν, contra semet, in suam ipsius necem.* Ponendum sine dubio est *ἐφ' αὑτοῦ, privatim, clam.* Tralaticius error *ἐπὶ* et *ὑπὸ*, item ου et ω, permiscentium.

Cap. 23., §. 4. *Γενομένων δὲ τούτων, καὶ τῆς δυνάμεως ἐπιγνούσης τὸ συμβεβηκὸς, τοιοῦτος ἐνθουσιασμὸς ἐγένετο καὶ παράστασις τοῦ στρατοπέδου πάντως, ὥστε τὴν Λαοδίκην ἐκ τῆς ἄκρας, μόνον συνειδυῖαν τὴν ἔξοδον τἀνδρὸς, τεκμήρασθαι τὸ γεγονὸς ἐκ τῆς περὶ τὸ στρατόπεδον ταραχῆς καὶ κινήσεως.* Ita haec scripta non habent offensionem; in quibus ipse dedi *πάντως* pro *παντὸς* soloeco apud Atticos (v. ann. ad Odyss. ρ', 10., Bornemann. ad Xenoph. Anab. 7, 7, 43., Schaefer. Melet. crit. pag. 8.), Scaliger autem emendavit vulgata *τῆς Λαοδίκης — συνειδυίας*, cui oblocutus editor Argentoratensis verbum *τεκμήρασθαι* videtur accepisse sensu passivi, quo sensu inusitatum est. Idem temere deleri jussit virgulam intersertam a Casaubono post *ἄκρας*, quasi hoc dicat Pol., *ex omni arce solam Laodicen cognitum habuisse exitum mariti*, sed nimirum referenda sunt verba *ἐκ τῆς ἄκρας* ad *τεκμ.*: ex arce enim mulier prospiciens, cum tumultuari sensisset castra hostium, Achaei casum divinavit. — De frequenti errore adjectivi *πᾶς* permutati cum adverbiis suis v. Schaefer. l. c. p. 130., not. 86., nosque cum notatis ad Thuc. 6, 18. in Thucydideis, tum ad Athen. 263, c, et 610, c. De confusis *ν* et *σ* litteris finalibus non opus dicere, cum satis notum sit, hac chorda saepe oberrasse librarios.

Cap. 25., §. 1. *πόλεως Ἁρμόσατα.* Declinatur simile nomen *Σαμόσατα*, quo inducor ut scriptum a Polybio putem *Ἁρμοσάτων*. *ω* (*ων*) forte abierit in ω et α, quae permixta reperiuntur in codicibus.

Cap. 28., §. 5. — *ἵνα μηδεὶς κατοπτεύσῃ τὴν ὅλην δύναμιν, ἀλλ' οἱ μὲν ὑποχείριοι γίγνοιντο τῶν διαπιπτόντων* —. Sensum perspexit Cas. vertens: *sed* (ut) *quicunque in eos incidissent, partim caperentur* etc., neque audiendus est Schw., qui *τοὺς διαπίπτοντας* intelligit *eos, qui profugissent, qui dilapsi essent*, de quibus agitur in proximis, hic vero significantur illi, quos consen-

taneum fuit captum iri ab equitibus. Igitur ponamus *τῶν διεμπιπτόντων*, *incidentium in illos*. Figurate hoc verbum usurpavit Pol. 38, 1, 5. (*μήτ' αὐτοὺς λαθεῖν εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἀλλοτριότητα διεμπεσόντας*), quo loco ipse Casaubonus humanitus erravit, poni jubens *διαπεσόντας*.

Cap. 30., §. 1. *Τὰ δὲ συγκείμενα τοῖς νεανίσκοις ἦν πρὸς τοὺς Καρχηδονίους*. Satius est scribi: *Τάδε δὲ συγκ.* etc.: neque enim *τὰ* potest intelligi *ταῦτα* propter ambiguum.

Ibidem, §. 7. *φασὶ γὰρ, χρῆσαι τὸν Θεὸν τοῖς Ταραντίνοις, ἄμεινον καὶ λώϊον ἔσεσθαι σφισι ποιουμένοις τὴν οἴκησιν μετὰ τῶν πλειόνων*. Suspiceris, oraculum illud sic habuisse:

*Λώϊον ἦν οἴκησιν ὁμοῦ πλεόνεσσι τίθεσθαι.*

Ibidem, §. 13. *Ταχὺ δὲ, τῶν πυλῶν ἀνοιχθεισῶν, πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν ἦκον οἱ περὶ τὸν Ἀννίβαν, κεχρημένοι τῇ πορείᾳ συμμέτρως, ὥστε μηδεμίαν ἐπίστασιν γενέσθαι παρόδου ἐπὶ τὴν πόλιν*. Sentio cum Ursino, scribendum esse *παρ' ὁδὸν*, *inter viam*. Mss. et 1. ed.: *πάροδον*. quod Cas. et Schw. ediderunt, *παρόδου* vereor ut articulo carere possit.

Cap. 32., §. 5. — *πλήρης ἡ πόλις κραυγῆς ἐγίγνετο καὶ ταραχῆς παρηλλαγμένης*. Vertunt: *clamore ac tumultu vario urbs est repleta*. Imo: *insolito*.

---

## Liber nonus.

Cap. 1., §. 2. *πρὸς ἓν γένος ἀκροατῶν*. Ἓν dictum est *ἐμφατικῶς* pro Ἓν *μόνον*. sic etiam inferius, §. 5.: *πρὸς ἓν μέν τι καὶ γένος, ὡς προεῖπον, οἰκείως ἡρμόσμεθα*.

Cap. 2., §. 4. *τὸ συμβατὸν εἶναι*. Scal., Cas., Schw.: *τῷ μὴ συμβ. ε.*, bene quidem ad sensum, sed verisimilius est *τῷ ἀσύμβατον ε.* 15, 9, 1.: *ἀξύμβατον ποιησάμενοι τὴν κοινολογίαν*, ubi reponam *ἀσύμβατον*, ut Schw. scribi jussit, quoniam veteri forma *ξὺν* alias non utitur Polybius.

Cap. 3., §. 4. *Ἀννίβας δὲ, δυσαρεστούμενος τοῖς ὅλοις διὰ τὸ μήτε παραπεσεῖν εἰς τὴν πόλιν δύνασθαι, τοὺς Ῥωμαίους, ἐβουλεύετο* etc. Lacunam Cas. notavit post *δύνασθαι*, nec negari potest, sic quidem pendere verba *τοὺς Ῥωμ.*, deleta vero virgula post *δύν.* ineptam esse orationem *διὰ — Ῥωμ.* Sane deest aliquid; sed quo casu dicamus post *δύνασθαι* excidisse *μήτε ἐκκαλεῖσθαι*, quae est Reiskei conjectura, Schweighaeusero probata? Non opus ista machina, sed satis est, opinor, scribere: *διὰ τὸ μηδὲ παρ. ε. τ. π. δ. διὰ τοὺς Ῥωμ.*, vel, quod malim: — *τοῖς ὅλοις, τὸ μηδὲ παρ. ε. τ. π. δύν. διὰ τοὺς Ῥ.*, *quia nec in urbem irrumpere poterat propter Romanos* (nec castra, nec urbem capere poterat), ut statuamus, *τὸ διὰ* forte a loco legitimo in inferiorem versum aberravisse; cujusmodi vitium non est infrequens in libris.

Cap. 8., §. 6. *Γενομένης δὲ περιπετείας, καί τινος αὐτομόλου τὴν νύκτα διαπεσόντος εἰς τὴν Μαντίνειαν* —. Alienum est *καὶ* in re haud nova, sed eadem, de qua coepit dicere, casu inopinato illo, quo perfuga quidam in ipso articulo, cum Spartae pars capta est, venit ad Agesilaum, eique nuntiavit, quid actum esset. Requiritur particula quaedam exegetica seu causalis, vixque dubium est quin Pol. dixerit *ὥς τινος* etc., cum nemo ignoret, *καὶ* et *ὡς* saepe confusa esse a librariis.

Cap. 9., §. 3. *συμπέμψαι μὲν τοὺς ἑπομένους.* Frustra sunt, qui hoc tuentur, quasi *συμπέμπειν* significare possit *reprimere.* Quanto rectius est, quod Reisk. proposuit, *συντρίψαι* etc.! 7., 8., ubi narratur factum illud Hannibalis: *καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἐξέβαλε.* Sane id est *συντρίβειν τινὰς,* nec aptius quidquam aut verisimilius excogitatum iri arbitror.

Ibidem, §. 8. *ἀσαλεύτως καὶ βεβαίως.* Vox figurata ut una cum propria illata sit ab hoc nostro? Vix crediderim, sed uberem eum esse fontem scio glossematum, ut jam in superioribus annotavi ad 5, 5, 7.

Ibidem, §. 10. — *ἵνα τῶν μὲν ἀναμιμνησκόμενοι, τὰ δ' ὑπὸ τὴν ὄψιν λαμβάνοντες, ζηλωταὶ γίγνωνται παράβολον ἔχειν τι καὶ κινδυνῶδες, τοὐναντίον δὲ ἀσφαλῆ μὲν τὴν τόλμαν, θαυμασίαν δὲ τὴν ἐπίνοιαν, ἀείμνηστον δὲ καὶ καλὴν ἔχει τὴν προαίρεσιν, καὶ κατορθωθέντα, καὶ διαψευσθέντα, παραπλησίως, ἐὰν μόνον σὺν νῷ γένηται, τὰ πραττόμενα.* Lacunam post *γίγνωνται* indicare satis habuit Cas. Reisk.: „Videtur," inquit, „locus utcunque sic posse sarciri: *ζηλ. γίγν., οὐ τῶν δοκούντων παράβολον ἔχ. τι κ. κινδ., ἀλλ' ὅσα τρύναγτ. ἀσφ. μὲν*" etc. Et similiter Schw. scholio: *ζηλ. γιγν. τῶν τοιούτων, οὐχ οὕτως ὅσα δοκεῖ παράβ.* etc. Oleum et operam perdunt philologi, qui ejusmodi castigationibus veterum scriptorum operosis, nec verisimilibus, indulgent. Equidem nihil praeter negationem, prorsus necessariam, nec raro oblitteratam, accipio a duumviris doctissimis, totum vero sic legendum atque interpungendum esse puto: — *ἵνα* — *ζηλ. γίγνωνται οὐ παράβολον ἐχόντων καὶ κινδυνώδη, τοὐν. δὲ* — *ἐπίνοιαν· ἀείμνηστον δ' ἔχει τὴν προαίρεσιν* etc. Ita vox *ζηλωταὶ* secum habet genitivum suum, nec phrasis mirifica *τινὰ ἔχειν παράβολόν τι καὶ κινδυνῶδες* obtruditur Polybio, sed nimirum accusativi *παρ.* et *κινδ.* referuntur ad nomina *τόλμαν* et *ἐπίνοιαν,* postrema vero illa *ἀνείμνηστον — πραττόμενα* peculiarem sententiam, splendidamque totius orationis clausulam, efficiunt. in quibus delevi glossema putidum *καὶ καλὴν,* et *τὴν προαίρεσιν* interpretor *laudem recti consilii,* modo dicendi haud obscuro, de quo Schaefer. ad Soph. tom. 1. p. 244. et Jacobs. Anthol. Palat. tom. 3. p. 973., nos ad Odyss. ξ', 404., Soph. El. 587., Hermesianactem v. 98., apud Athen. libro 13.

Cap. 10., §. 7. *Ὁ γὰρ οὕτως ὁρμώμενος οὐδέποτε μακαρίζει*

τοὺς τἀλλότρια κεκτημένους, οἷς φθονεῖ· ἅμα καί τις ἦλεος αὐτῶν ὑποτρέχει τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀποβαλόντων. Defectum post οὕτως odorari sibi visi sunt Cas. et Schw., Reisk. autem pro verbo ὁρμώμενος suasit θεώμενος. nobis neque hoc placet, nec deesse quidquam arbitramur, sed scribendum: Ὁ γὰρ οὐ τοῖς (i. e. τούτοις) ὁρμώμενος, *nam qui istis haud movetur*, qui non appetit opes ac potentiam; deinde αὐτὸν cum Scaligero et Reiskeo. 5, 103, 4.: ὁρμηθεὶς τοῖς παρακαλουμένοις, *precibus illorum permotus.*

Cap. 12., §. 4. οὐδεὶς τοῦτ' ἀπορήσειε. August. et Urbin.: οὐδέ. Regii, Vesont., Tubing.: οὐθέν. Ponamus: οὐδ' ἂν εἷς τοῦτ' ἀπ.

Cap. 15., §. 14. καὶ ὑπαρχούσης. Temere Cas. et Schw.: προϋπαρχούσης, cum ultro se offerat καθυπαρχούσης. saepe enim confusa καὶ et κατά: v. Schaefer. Melet. crit. p. 119., nos inferius ad 28, 4. et Thucyd. 6, 18.

Cap. 16., §. 2. Ἱκανὰ γὰρ καὶ τὰ παράδοξα γιγνόμενα τυγχάνειν προνοίας ἀκριβοῦς εἰς τὸ πολλὴν ἀπορίαν παρασκευάζειν καὶ πολλάκις. Bene Reisk.: παρὰ δόξαν, nec dubitandum de scriptura August. codicis ἀκριβοῦς, quam, prius conjectura repertam a Scaligero, Schw. merito praetulit vulgatae ἀκριβῶς: sed μὴ δυνάμενα vel καὶ μὴ δυνάμενα inserentes Reisk. et Schw. post γιγνόμενα non sunt audiendi. Scribendum: εἰς τὸ μὴ πολλὴν — πολλάκις, nihil amplius. hoc enim dicit: cum ipsa fortuita et quae inopinato accidunt, velut imbres, fluviorum incrementa et similia, cautionem admittant, non esse excusandum, qui negligat ea, quae provideri possint, si quis diligentiam adhibeat. Enunciatum causale Ἱκανὰ — τούτοις priore loco positum est, more scriptorum, de quo Matth. gr. gr. §. 612., VII. De negatione passim desiderata diximus in superioribus.

Cap. 17., §. 1. ὡς ἐπὶ πρεπίον. Trepidant viri docti, nec sane leviter haec affecta sunt. Suidas quidem: Πρόπιον, μάντευμα. Inde suspiceris, ponendum esse ἐπὶ προπίῳ, *ex oraculo:* multum enim prisci tribuebant oraculis, nec magni refert, alias non legi istud vocabulum, quod posset ut ex hoc ipso loco petiisset Suidas. sed magis arridet ὡς ἐπὶ περιπλῷ, *quasi ad praetervectionem* in fluvio. Alter codex Medic. et antiqua manus in ora Augustani: ὡς ἐπιπεριμένειν.

Ibidem, §. 6. Περὶ δὲ πέμπτην ὥραν ἔχων τις πρόβατα μαλακὰ τῶν εἰθισμένων περὶ πόλιν τρέφειν, — ἐξῆλθε etc. Locus depravatus, quem restituere mihi videor ita scribendo: Π. δὲ π. ὥ. ἑκών τις τῶν εἰθ. περ. μαλ. π. π. τρ. ἑκὼν, *sponte*; non de compacto, ut Aratus venerat. Postquam scribi coepisset ἔχων, huic verbo subjungenda putaverint πρόβατα μαλακὰ, cum non sentirent, se ex Scylla in Charybdin incidere, siquidem ea ratione τρέφειν caret objecto. ἑκὼν et ἔχων confusa apud Xenophontem Anab. 7, 7, 7., Athenaeum 645, a, et alios.

Cap. 20., §. 7. Καὶ γὰρ ἄτοπον, τοὺς μὲν ὀρχηστικῆς ἢ

τοὺς αὐλητικῆς ἐφιεμένους ἐπιδέχεσθαι τήν τε περὶ τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τὰ μουσικὰ προπατασκευὴν, ἔτι δὲ τὰ περὶ τὴν παλαίστραν, διὰ τὸ δοκεῖν προσδεῖσθαι τὸ τέλος ἑκατέρου τῆς τῶν προειρημένων συνεργίας etc. Scribamus graece: — τοὺς τῆς μὲν ὀρχ. ἢ τῆς (sic olim editi) αὐλ. ἐφ. permiscuerunt librarii η et ου, sicut Athen. 140, e, 627, c, et alias; quae etiam causa fuit, cur τῆς priore loco, pro τοὺς habitum, omitteretur. Deinde expungamus verba ἔτι — παλ., quae adjecta sunt a nescio quo inepto, qui captaret similia: nequeunt enim conciliari cum verbis διὰ — συνεργίας, in quibus nonnisi de saltandi et tibias inflandi arte agit scriptor, sicut in superioribus.

Cap. 21., §. 7. τὰς τῶν πόλεων ἀποφάσεις. Recte Schw. in lexico Polyb. v. ἀπόφασις: τ. τ. π. ἐπιφάσεις, i. e. ἐπιφανείας.

Ibidem. τὰς οἰκίας τῶν οἰκοδομιῶν. Quis dubitet ponere οἰκείας, *aptas*, recte aedificatas, *domui*?

Ibid., §. 9. γνοίη δ' ἄν τις ἐκ τοῦ φαινομένου παιδικῶς ὅπως τὸ λεγόμενον. Imo: ἐκ τοῦ φ. παιδίσκοις πως τὸ λ., *ex eo, quod vel pueri intelligunt.* de πῶς reponendo primum cogitabat Schw.; postea, plurium codicum auctoritate motus, ὅπως eodem sensu usurpatum esse sibi persuasit, nobis non persuasit.

Cap. 23., §. 4. ἔνιοι τῶν δυνατῶν. Malim δυναστῶν. §. sequente: δυνάσταις καὶ βασιλεῦσιν, ad quam faciem etiam 27, 6, 12. reposuerim τῶν δυναστῶν (pro δυνατῶν) καὶ βασιλέων. Apud Xenophontem Cyrop. 5, 4, 1. libri Mss. pro vulgato δυνατοὶ praebent δυνάσται, nec alia desunt loca, in quibus scribae lapsi sunt τ et στ inter se permutando, velut Athen. 157, c, 173, d, 474, d.

Cap. 25., §. 6. μήτε μερίζωνται τὸ λυσιτελὲς, *neve discordarent inter se propter lucrum.* Perperam interpres: *neve praedam ac lucrum partiri opus esset.*

Cap. 26., §. 8. Ἐξ ὧν προσκόπτοντες οἱ μὲν ἀσέβειαν, οἱ δ' ὠμότητα κατεγίνωσκον. Praestat reponi concinna oratione προσκόπτοντος (Ἀννίβου), quo referantur verba ἀσ. et ὠμ. Alioqui rectius foret Οἷς προσκόπτοντες, *Quibus indignati*, et tamen vel sic desideraretur indicium ejus, cujus notatam Pol. dicit impietatem et saevitiam.

Cap. 27., §. 4. κεῖται γὰρ τὸ τεῖχος ἐπὶ πέτρας ἀκροτόμου, καὶ περιῤῥῶγος, ἢ μὲν αὐτοφυῶς, ἢ δὲ χειροποιήτου. Aut ponendum est, opinor, χειροποιήτως, quod respondeat codicum scripturae αὐτοφυῶς (legitur autem 10, 10, 12.), aut recipiendum ex Hervag. et Gronovii editione αὐτοφυοῦς.

Cap. 28., §. 4. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Friget καὶ, neque hoc a Polybio esse ajo, sed π. γε καταδεῖ. v. ann. ad 15, 14.

Cap. 30., §. 9. εἰ γὰρ πρὸς μόνους Αἰτωλοὺς πολεμεῖν μηδέποτε δυνατὸς ἦν χειρώσασθαι τούτους, ἢ που συμβεβηκότων ἀξιόχρεως ἂν εἴη πρὸς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον. Adscribendum est signum interrogationis. συμβ.: scilicet Ῥωμαίων καὶ Αἰτωλῶν, quos dixit in superioribus; neque id fugit interpretem latinum.

Fallitur Schw., cum *πάντων*, *πολλῶν*, *τοσούτων*, vel aliquid simile requirit.

Cap. 31., §. 6. *λοιπὸν, ἢ δι' Αἰτωλῶν ἀδίκημά τι δεῖ μετὰ ταῦτα γεγονὸς εἰς ὑμᾶς δεικνύειν, ἢ διὰ Μακεδόνων εὐεργεσίαν* —. Deest verbo *δεῖ* accusativus subjecti. quare deleverim *εἰς*, quod immigrasse videatur e glossemate *εἰς ὑμᾶς*, quo in ordinem recepto deleverint verum *ὑμᾶς*, ne *εἰς ὑμᾶς ὑμᾶς* legeretur *κακοφώνως*. Vel scribendum est: — *ἀδίκημά τινα δεῖ* etc., quod tamen minus verisimile.

Ibidem expungenda sunt verba *τὸν νοῦν*, quae liber nullus habet post *προσέσχετε*, Medic. autem codex et prima ed. hoc ostendunt: — *οὐ προσέσχετε* (ed.: *προσέσχεσθε*), *τούτων τὸν νοῦν ἐντραπέντες*, unde petita ista *τὸν νοῦν* corrector aliquis inseruerit superioribus, cum Scaligeri conjectura, suadentis *τούτων τονῦν ἐντραπ.*, habeat omnes numeros veritatis.

Cap. 32., §. 4. *Ὥσπερ δὲ καὶ κατὰ τοὺς κινδύνους, διὰ τὴν ὑπεδοχὴν καὶ τὸ μέγεθος τῆς Μακεδόνων δυνάμεως, ἐμπεριέχεσθαι συμβαίνει διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσφάλειαν ἐν τοῖς ἐκείνων ἀρεταῖς, οὕτω καὶ* etc. Placet Reiskei correctio *Ὥσπερ δὲ κατὰ τοὺς κινδ.* etc.; ferri tamen posse *καὶ* h. l., facile concesserim Schweighaeusero, praesertim si scribatur *οὕτω κατὰ τοὺς πρεσβευτικοὺς ἀγῶνας* etc. Sed ea re relicta in medio reprimamus Casauboni, cui temere Schw. obtemperavit, audaciam, supponentis *καὶ* pro *διὰ* in verbis *συμβαίνει διὰ τὴν ἡμ. ἀσφ.* etc., cum id jam habeatur in superioribus, nec nisi miraculo permutari cum ea praepositione potuisset, contraque in promtu sit *δῆ*, cum sensu aptum et simile *τῷ διὰ* scriptura, tum saepe confusum cum eo in codicibus, velut 1, 4, 3. et 72, 9., 5, 57, 7. et alias.

Cap. 34., §. 3. *ἀγωνοθετοῦντες καὶ συμβάλλοντες.* Glossema.

Cap. 36., §. 4. *Ὤφειλε ποιεῖν τὰ τοῦ πολέμου· τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πρᾶξαί τι καθ' ὑμῶν δεινὸν, ὡς* etc. Quorsum asyndeton? Scribamus: *τοσοῦτον δ' ἀπέσχε* —. videtur *Δ* haustum ab *Α* simili, quod sequitur.

Ibidem, §. 10. et 11. *Πῶς δὲ τούτοις ἀθετεῖν εὐλαβεῖσθε, παρ' ὧν οὐδεμίαν προειλήφατε χάριν, Φίλιππον δὲ καὶ Μακεδόνας οὐκ ἐντρέπεσθε, δι' οὓς ἔχετε καὶ τοῦ νῦν βουλεύεσθαι τὴν ἐξουσίαν; ἢ τὸ μὲν τοῖς φίλοις τὰ δίκαια ποιεῖν ἀναγκαῖον ἡγεῖσθε; Καὶ μὴν οὐχ οὕτως ὅσιόν ἐστι τὸ τὰς ἐγγράπτους πίστεις βεβαιοῦν, ὡς ἀνόσιον τὸ τοῖς σώσασι πολεμεῖν, ὃ νῦν Αἰτωλοὶ πάρεισιν ὑμᾶς ἀξιοῦντες.* Intercidisse quaedam visa sunt Criticis post *ἡγεῖσθε* in hanc sententiam: *τοῖς δ' εὐεργέταις οὔ*; quae Reiskei verba sunt, hisce Casauboni in latina translatione respondentia: *erga eos, qui salutis vobis auctores extiterunt, non item* [justitiam servare necessarium ducitis]? quasi aut verisimile sit, Lyciscum amicos Lacedaemoniorum appellasse Aetolos potius quam Macedones, aut expediri res non possit, nisi sumta lacuna, quod ultimum

est artis remedium. Et quaenam, quaeso, est haec distinctio inter amicos (*φίλους*) et beneficos (*εὐεργέτας*), quae cognata sunt nomina? quam tamen accipiens distinctionem Schw. suspicatur, verba ista consulto praetermissa esse ab oratore per aposiopesin. Equidem quovis pignore contenderim, Polybium dixisse per oxymoron: *ἢ τῷ μὴ τοῖς φίλοις τὰ δ. π. ἀν. ἡγεῖσθαι; num propterea, quod amicis justa persolvere necessarium haud ducitis?* identidem enim o et ω, αι et ε, confusa sunt in libris, *μὲγ* autem et *μὴ* cum alias, tum Thucyd. 6, 78., 8, 92., Athen. 225, e. Etiam postrema illa *ὃ νῦν — ἀξιοῦντες* laborant mendo, de quo Valesius securus vertit: *quod quidem nunc a vobis postulantes adsunt Aetoli.* Dicamus graece: *οὗ νῦν — ἀξ., qua re*, quo facinore, *dignos vos habentes nunc adsunt Aetoli.*

Cap. 38., §. 5. *Ἐξόν γε, τοιούτων ἀνδρῶν ἀπογόνους ὑπάρχοντας, κἄπειτα νῦν συμμαχίαν ποιησαμένους τοῖς βαρβάροις στρατεύειν μετ' ἐκείνων —!* Ironice dictum. Cas.: *Licitum est scilicet vobis* etc. quem non erat quod naso adunco suspenderet Schw. et Reiskei commentum *Ἄξιόν γε* obtruderet huic nostro invitis codicibus, quorum scripturae longe fortior sensus est. sed pro *κἄπειτα* malim *ἔπειτα*, cum dure explicetur conjunctio, nemoque nesciat, additam interdum esse a mala manu.

Cap. 40., §§. 4, 5. *Οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες, πυνθανόμενοι τὴν τῶν Αἰτωλῶν ἔφοδον ἐπὶ σφᾶς, τὰ μὲν ἀπαλγοῦντες ταῖς ἐλπίσι, τὰ δὲ καὶ θυμομαχοῦντες, ἐπί τινα παράσασιν κατήντησαν. Εἰ δέ τις λειπόμενος μὴ θάνοι, φύγοι δὲ τὸν κίνδυνον, τοῦτον μήτε πόλει δέχεσθαι, μήτε πῦρ ἐνανίειν.* Lacunam notavit Schw. post *κατήντησαν*, cum nihil desit me judice, modo reponatur, quod facillimum: — *κατήντησαν, εἰ δή τις* etc.

Cap. 42., §§. 1, 2, 3. *Πόπλιος, ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, καὶ Δορίμαχος, ὁ τῶν Αἰτωλῶν, τοῦ Φιλίππου πολιορκοῦντος τὴν Ἐχιναίων πόλιν, καὶ τὰ πρὸς τὸ τεῖχος καλῶς ἀσφαλισαμένου, — παραγενόμενοι αὐτοὶ, ὁ μὲν Πόπλιος στόλῳ, ὁ δὲ Δορίμαχος πεζικῇ καὶ ἱππικῇ δυνάμει, καὶ προσβαλόντες τῷ χάρακι, καὶ ἀπορουσθέντες, τοῦ Φιλίππου μᾶλλον ἰσχυρῶς ἀγωνισαμένου, ἀπελπίσαντες οἱ Ἐχιναιεῖς παρέδοσαν ἑαυτοὺς τῷ Φιλίππῳ.* Ne hic quidem quidquam desiderari arbitror post *ἀπορουσθέντες*, quod absolute dictum est pariter ac ceteri nominativi positi in superioribus.

Cap. 45., §. 3. *Ἀτελλα, πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας, μεταξὺ Καπύης καὶ Νεαπόλεως. τὸ ἐθνικὸν Ἀτελλανὸς, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ· Ἀτελλανοὶ παρέδοσαν ἑαυτούς.* Steph. Byzant. Mire Schw., fictorum largus defectuum: *τὸ ἐθνικὸν — — Ἀτελλανὸς*, quasi hiante oratione, quae est integra.

## Liber decimus.

Cap. 1., §. 7. de Tarento: *Τάρανται δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατὰ τὸν Ἀδρίαν λιμένας εὐφυῶς καὶ νῦν μὲν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἦν πρὸ τοῦ.* Imo: — *ἔτι δὲ μ. ἂν π. τ.* Similiter *ἦν* pro *ἂν* scriptum legitur Thuc. 8, 46.

Cap. 3., §. 1. *Ἐκεῖνος γὰρ* (P. Scipio Afr. major) *ὅτι μὲν ἦν εὐεργετικὸς καὶ μεγαλόψυχος, ὁμολογεῖται· ὅτι δ' ἀγχίνους καὶ νήπτης, καὶ τῇ διανοίᾳ περὶ τὰ προτεθὲν ἐντεταμένος, οὐδεὶς ἂν συγχωρήσειε πλὴν τῶν συμβεβιωκότων καὶ τεθεαμένων ὑπ' αὐγὰς αὐτοῦ τὴν φύσιν.* Sententiam pervertit verbum *συγχωρήσειε*, nec ferendus interpres, qui haec ita reddidit: *hoc vero vix aliquis concesserit.* hoc enim procul dubio et dixit et dicere debuit Polybius, de Scipionis sagacitate sobriisque consiliis judicare posse neminem praeter aequales ejus, qui in clara luce vidissent indolem viri, velut Laelium. Itaque videtur ponendum esse *συγκυρώσειε*, *decreverit, pronuntiaverit, testatus fuerit.* Inferius 9, 3.: *καὶ ταῦτα χωρὶς τῶν εἰκότων καὶ τῆς τῶν συμβεβιωκότων μαρτυρίας.* Correctio facilis, *κ* et *χ*, itemque *η*, *υ*, *ω*, litteris plus semel confusis.

Cap. 6., §. 11. — *τὰ μὲν κοινὰ καὶ προφαινόμενα πᾶσι παρέλιπε· τὰ δὲ μήτε παρὰ τοῖς πολεμίοις, ταῦτ' ἐπενόει καὶ προετίθετο πράττειν.* Depravata sunt verba *τὰ δὲ μήτε*, quae satius fuit emendare quam defectum fingere, quod fecerunt Reisk. et Schw., hoc vel quiddam simile supplentes: *μήτε παρὰ τοῖς φίλοις ὕποπτα*, quod reddunt: (*illa excogitavit atque iis proposuit uti, quae*) *neque alii duci temere essent cognita* (, *neque hostibus suspecta*). Id quo casu factum esse dicamus ut oblitteraretur? Nimirum vigebat tunc illud genus criticae, quod quo minus nitebatur auctoritate librorum et cognitione palaeographiae, eo multis videbatur esse ingeniosius. Quodsi lubrica haec res ad nos deferatur, subtimide quidem sed tamen proponemus: *τὰ δ' ὀνητὰ παρὰ τ. π.*, *utilia vero apud hostes*, i. e. utiliter comparata atque gerenda in ea parte Hispaniae, quae erat in ditione Carthaginensium. Cogitabat Scipio de trajiciendo Ibero, ut bello levaret socios Hispanos, et inprimis de expugnanda Carthagine nova propter opportunitatem loci, de quo fuse Pol. in iis, quae sequuntur. Causa mendi praecipua fuerit *μ* et *ν* litterarum permutatio satis frequens in libris.

Cap. 7., §. 6. *Νομίζων οὖν, ἐὰν μὲν εἰς μάχην συνιέναι κρίνῃ τοῖς πολεμίοις, τὸ μὲν πρὸς πάντας ἅμα κινδυνεύειν τελέως* etc. Item graviter corrupta, nec videtur verisimile, quod Reisk. suspicatus est, post *κιν*. hoc vel ejusmodi quiddam intercidisse: *ἐκισφαλὲς εἶναι*, sed reponi jubeam: — *τὸ μὲν π. π. ἅμα* (scil. *ἰέναι εἰς μάχην*, quod supplendum esse ex superioribus intellexit Cas.) *κινδύνου εἶναι πλέων.* quippe facile *κινδύνου* junctum compendio verbi *εἶναι* (*κινδυνουεῖ*) abierit in *κινδυνεύειν*, nec minus quam *ε* et *ο* etiam *π* et *τ*, pariterque *ν* et *σ*, litterarum formae finales confundi a librariis solent.

Ibidem, §. 7. *τούτου φυγομαχήσαντος, si pugnam ille detrectasset*, tempus terens, quo ceteri duces subvenire ispi possent. Perperam latinus interpres: *sive ille fuga sibi consuluisset.* Mirum, haec reliquisse Schweighaeuserum, qui recte explicuerit in lexico Polyb.

Cap. 8., §. 1. — *μέγιστα δὲ βλάπτειν καὶ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον αὐτοῦ.* Sic libri. Cas. et Schw., auctore Ursino: *αὐτὸν*, quod ambiguum. bene Reisk.: *αὐτοὺς*, i. e. *τοὺς Ῥωμαίους.* praeterea et hic et inferius 24, 7., delendum est *καὶ* inutile, nec dubie natum, ut saepius, e *κατὰ* praepositione, quae sequitur.

Cap. 10., §. 10. *αἱ δὲ λοιπαὶ ταῖς τῶν ἐλαττόνων βουνῶν ὑπεροχαῖς τὸ πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μέρος περιέχουσι.* Ita codd., mendose quidem. Schw.: *αἱ δὲ λ. αἱ τῶν ἐλ. β. ὑπεροχαὶ* etc. Malim: *αἱ δὲ λοιπαί τινες τ. ἐ. β. ὑπεροχαὶ* —. Similia τ et στ in libris: hinc videtur accidisse, ut *ὑπεροχαιτο* mutaretur in *ὑπεροχαιστο.*

Cap. 13., §. 7. *Θεωροῦντες τὴν δυσχρήστιαν τῶν συμβαινόντων.* Praestat utique *τῶν συνεμβαινόντων* (v. Schw. lex. Polyb. his vocibus): nam *συμβαίνειν τινὰς* hoc sensu inusitatum est, nec placet Reisk., intelligens *τὰ (τοῖς Ῥωμαίοις) συμβαίνοντα δυσχρήστως.* sed vereor, ne Pol. satis habuerit dicere *τὴν δυσχρηστίαν*, glossator autem aliquis subjecerit, quod in vicinitate legerat, *τῶν συνεπιβαινόντων*, idque alii mutaverint in *συνεμβαινόντων* et, neglecta altera praepositione per errorem haud insolitum librariorum in verbis ita compositis, *συμβαινόντων.* Certe haec et abesse salva sententia possunt, et molesta sunt insequente verbo *συνεπιβαινόντων.*

Ibidem, §. 10. *τὴν ἐπιφορὰν καὶ τὴν ὁρμήν.* Etiam hic agnoscere mihi videor glossema, et similiter 5, 51, 1. reposuerim *ἡ ἐπιφορὰ τοῦ χειμῶνος*, inductis verbis *καὶ ὁρμή.* cf. Schw. lex. Polyb. v. *ἐπιφορά.*

Cap. 14., §. 1. *ὡς ἀποτετραμμένοι τὸν κίνδυνον, quasi avertissent ab se periculum.* Sensus praeclarus, ut minime necesse sit poni, Scaligero aliisque auctoribus, *ἀποτετριμμένοι.* v. Reisk.

Cap. 16., §. 3. *ἀεὶ πρὸς τὸ δεικνύειν.* Bene Reisk.: *ἀ. π. τὸ δεικνύον, prout res semper postulaverit.* „Notum est," inquit, „proverbium *Αὐτὸ δείξει*, h. e. *αὐτὸ τὸ πρᾶγμα δείξει ἐν τῷ πράττειν τὸ πρακτέον.*"

Cap. 17., §. 15. *ἡμιόλιον δὲ ποιήσας τὸ ναυτικὸν ἐκ τοῦ καιροῦ διὰ τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν.* Probabiliter quidem Schw. commentario: *ἡμ. δ' ἐποίησε τὸ ναυτ.* etc.; sed non dissimulabo, pannum hunc mihi assutum videri ab aliena manu, quippe *ταυτολόγον* illis, quae Pol. dixit §. 12. hujus capitis.

Cap. 18., §. 6. (*ἔδωρεῖτο*) *ταῖς μὲν παισὶ κόνους καὶ ψιλία.* Satagunt docti homines, *κόνους* illud ignotum significatione, quae huc faciat, interpretantes. nos depravatum putamus vocabulum, cum Polyb. dixisset *κόρας*, *pupas*, quibus oblectantur virgun-

culae, sicut pueri gladiolis, quos vel similem quandam rem ludicram hic dicit *ῥαμφάς*. intelligo autem ligneos gladios seu pugiones: nam ferreos donari pueris vetat proverbium *Μὴ παιδὶ μάχαιραν*. De pupis sive icunculis puellarum cogitabat pridem Cas., sed scribendum esse arbitratus est *εἰκόνια*, quod abhorret, cum simillimum vulgatae sit *κόρας*, siquidem nemo est quin sciat, permisceri nonnunquam in codicibus vetustis *ν* et *ρ* litteras (v. cum alios, tum Jacobs. indice Anthologiae Palat.), item *α* et *ου* (v. ann. inferius ad 43, 6.), quae causa fuerit erroris librariorum.

Cap. 20., §. 4. *Ἵνα μὴ δέ τι τῶν πρὸς τὰς μελέτας ὅπλων, μήτε τῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν μηδὲν ἐλλείπῃ* —. Merum sphalma, opinor, librarii: occupavit forte homo *τὸ μὴ*, dein, animadverso errore, *δὲ* subjecit. Sic solet id genus. Pars codicum: *Ἵνα μήτε τι*. scribamus suadeo: *Ἵνα δὲ μήτε τι τῶν* etc.

Cap. 22., §. 3. *ὁρᾷ δ' οὐδένα*. quia ducit agmen, nec respicit.

Cap. 24., §. 3. *Καὶ γὰρ ἄτοπον, τὰς μὲν τῶν πόλεων κτίσεις τοὺς συγγραφέας, καὶ πότε, καὶ πῶς, καὶ διὰ τίνων ἐπεκτίσθησαν, — ἐξαγγέλλειν* etc. Rectius fuerit *ἐνεκτίσθησαν*, nec raro scribae confuderunt *ν* et *π* litteras.

Cap. 26., §. 7. *Φιλίππου οὔτ' ἀγαθὰ μείζω τις σχοίη πρὸς βασιλείαν οὐδεὶς τῶν πρότερον, οὐδὲ κακὰ τούτου τοῦ βασιλέως*. Male cohaerent cum superioribus verba *τούτου τοῦ βασ.*, quae videntur immittenda esse post *τὰ μὲν ἀγαθὰ*, unde in posteriorem versum immigraverint.

Cap. 27., §. 8. — *καὶ μετ' αὐξήσεως ἔνια καὶ διαβάσεως εἰθισμένοις ἐξαγγέλλειν* —. Inepto *διαβ.* Ernest. et Schw. substituerunt *διατάσεως*, quod idem propemodum est *τῷ αὐξήσεως* et suspicionem falsi habet propter *β* et *τ* litterarum dissimilitudinem. malim itaque: (*μετὰ*) *διαφάσεως*, *splendide*, ornate, qui *β* et *φ* permutata nonnanquam inter se sciam, velut olim *στρόβους* pro *στρόφους* legebatur Aeschyl. Suppl. 419., contraque, nisi magnopere fallor, *πανάβρως* pro *τὰς ὀφρῦς* legendum est apud Athenaeum 529, a.

Cap. 28., §. 5. *χωννύειν καὶ φθείρειν — τὰς φρεατίας*. Glossema.

Cap. 30., §. 6. *ἀλλοιοτέραν ἐλάμβανε διάθεσιν*. Supplent *τὸ πρᾶγμα* vel *τὰ πράγματα*. equidem nihil desiderari puto, sed *τοῦτο* sive *τὸ πρᾶγμα* intelligam *ἀπὸ κοινοῦ* in verbo *ἐλάμβανε*, qua de re v. Matth. gr. gr. §§. 293. et seqq.

Cap. 32., §. 8. — *Θεωρῶν εἰ καὶ περὶ τῆς στρατηγίας μερῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας τοὺς ἡγεμόνας*. Sic Mss. praeter Augustanum, cujus manu prima perscriptum legitur inter versus, inserendum esse *τῶν* inter *περὶ τῆς* et *στρατ.*, cum scriba haud dubie id immitti vellet post *περί*. Jam. Cas. edidit: — *περί τι τῶν στρατ. μερῶν, ἀλλὰ κ. περὶ τοῦτο ἁμαρτ.* etc.; Reisk. autem proposuit: — *μερῶν ἄλλο, κ. περὶ τοῦτο* etc., quod accivit Schw.

Haec mihi videntur duriora, neque necessaria, cum minore negotio et perspicua sententia scribi possit θεωρῶν ἄν (ᾱ, ει: v. Jacobs. Anthol. Palat. 3. p. 817., nos ann. ad Thuc. 5, 60. in Thucydideis.) καὶ π. τῆς στρ. μερῶν ἄλλα καὶ περιττοὺς ἀμ. τοὺς ἡγ., *qui animadvertam, etiam in aliis partibus muneris imperatorii vel egregios duces labi.* Merito bonis ducibus Pol. adnumerat Claud. Marcellum, qui ter fuderit Hannibalem apud Nolam, gladius quidem Romanorum appellatus.

Cap. 33., §. 2. ἐν ταῖς κατὰ μέρος χρείαις. Interpres: *minoribus proeliis.* Oportuit dictum: *in singulis proeliis,* non toto bello, quo infelix fuit Hannibal.

Ibidem, §. 4. ἀκεραίου — καὶ σωζομένου. Vix adducor ut credam, Polybium ita ταυτολογεῖν.

Ibid., §. 5. κἂν τὸ (sic plerique codd. Mss. et 1. ed., unus E Reg.: τῷ) νικᾶν ἡ τύχη τοῖς πολλοῖς παραδιδῷ κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν. Apparet, τὸ νικᾶν verbis κρατεῖν τ. ἐ. adscriptum esse a glossatore, quod reponendo τῷ νικᾶν inepte fucaverunt librarius E codicis, Cas., Schw.; nec speciem veritatis habet, quod Reiskeo et Schweighaeusero in mentem venit, καὶ κρατεῖν τῶν ἐ., sed per se hic noster dixit κρατεῖν τῶν ἐ., sicut 3, 74, 4. κρατεῖν τῶν πολιμίων, *vincere hostes,* et similiter νικᾶν in illis 37, 4: κἂν μὲν ἡ τύχη δῷ τὸ νικᾶν.

Ibid., §. 6. Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι πρὸς τοὺς ἢ διὰ κενοδοξίαν, ἢ μειρακιώδη στάσιν, περιπίπτοντας τοῖς τοιούτοις ἀλογήμασιν, ἢ δι' ἀπειρίαν, ἢ διὰ καταφρόνησιν. Quis patienter ferat postrema ista ἢ δι' ἀπ., ἢ διὰ κατ., quae caudam trahunt, quorumque sensus inest in verbis κενοδοξία et μειρ. στάσις? Expungendum est glossema.

Cap. 34., §. 2. Ἐδεκῶνα, τὸν δυνατὸν δυνάστην. Scribamus Ἐδ., τῶν δυνατῶν δυν., *regulum ex potentioribus.* Frustra Schw., expuncta voce δυνατὸν, sumit lacunam; neque arridet, quod inter alia proposuit in commentario: τῶν δυνατῶν δυναστῶν, scil. τινά, cum δυναστῶν intelligatur in verbis τῶν δυνατῶν.

Ibidem, §. 6. Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἀκμὴν διαπέμπεσθαι καὶ βλέπειν πρὸς Καρχηδονίους, τὰς δὲ χεῖρας ἐκτείνειν Ῥωμαίοις· αὐτὸς δὲ παραγεγονέναι etc. Violenter Schw.: — ἐκτείνων Ῥωμαίοις αὐτὸς παραγ. etc. verisimilius est, Polybium dixisse — τοὺς δὲ χεῖρας ἐκτείνειν Ῥωμ., ceteris haud mutatis: alios enim Hispanorum Edeco Carthaginienses adhuc respicere ait, alios Romanis manus porrigere, i. e. amicitiam eorum quaerere; se vero, hoc non contentum, ipsum advenisse, ut se et amicos atque cognatos in populi Rom. fidem tradat.

Cap. 38., §. 4. Καὶ παρεντίκα μὲν ἐκ χειρὸς τὰς θυγατέρας ἀπέδωκε. Quidni etiam uxores commemorentur h. l., sicut §. 1. et 35, 6.? Sane vereor, ne Polyb. dixerit τὰς γυναῖκας καὶ θυγατέρας, librarii vero sint hallucinati.

Cap. 39., §. 3. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ὁ Πόπλιος τοὺς

μὲν εὐζώνους ἅπαντας ἐπαφῆκε, συντάξας βοηθεῖν τοῖς προκινδυνεύουσι, τοὺς δὲ λοιποὺς ἑτοίμους ἔχων, τοὺς μὲν ἡμίσεις αὐτὸς ἔχων — προσέβαλλε τοῖς Καρχηδονίοις etc., quae vel bis illatum ἔχων arguit. Arbitror, ita scribendum esse: — τοὺς δὲ λοιπ. ἑτοίμως ἔχειν (scil. συντάξας, quod huc pertinet). τοὺς μὲν οὖν ἡμίσεις etc. facile οὖν exciderit inter similia vicina.

Ibidem, §. 6. παρεμβαλλόντων καὶ κινουμένων. Subducta linea notavi verba inutilia dubiaeque visa fidei.

Cap. 40., §. 7. ἐπιβάλοιτο καὶ δυνηθείη. Additamentum ejusdem farinae, quale jam in superioribus notavi ad 1, 4. (ἐφίκοιτο καὶ δυνηθείη.)

Cap. 41., §. 3. ἠξίουν τινὰ πρόνοιαν. τῶν πολεμίων. Defecta, quae sarcienda putat Schw. immisso verbo ποιεῖσθαι post πρόνοιαν. nobis videtur verisimilius, post ἠξίουν excidisse ἔχειν propter ξ et χ litterarum et ipsorum horum vocabulorum similitudinem.

Ibidem, §. 6. — τὰς τοιαύτας περιστάσεις —, ἐν αἷς πεῖρα καὶ βάσανος ἀληθινὴ γίγνεται κατὰ τὰς σωματικὰς δυνάμεις τῶν ἡγεμόνων. Signum defectus post κατὰ τὰς adjecit Cas., et ejus, quod deesse putavit, indicium fecit translatione hac: — *difficilia tempora, per quae magni ducès virtutum suarum, qua animi, qua corporis, periculum faciunt et verum specimen illarum edunt*, quasi Pol. dederit κατὰ τὰς ψυχικὰς καὶ σωματικὰς etc. in quo secutus eum Schw. caute tamen annotavit scholio, ita se sentire, nisi mendosa sit vox σωματικάς. Id quidem ego arbitror et repono σημαντικὰς (σημᾶτικας, σωματικας), *insignes*, χαρακτηριστικάς. De errore η et ω litteras confundentium dixi ad Odyss. δ', 279. et passim in animadversionibus ad Athenaeum.

Cap. 42., §. 4. — ὥρμησε σπεύδων καταταχῆσαι καὶ πτοῆσαι διασύρας τὴν σύνοδον αὐτῶν. Perspecte Schw. nota: καὶ πτοήσας διασῦραι. „Eo pronior," inquit, „fuit lapsus librariorum, quod, praeterquam quod et frequentissime alias confundere terminationes AI et AC consueverunt, nunc praecedenti verbo καταταχῆσαι conjungendum infinitivum καὶ πτοῆσαι putarunt."

Cap. 43., §§. 2, 3. — τῶν δὲ πρὸς τοῦτο συναγωνισμάτων πλείστην ἔχουσι δύναμιν οἱ πυρσοί. ἄρτι τὰ μὲν γέγονε, τινὰ δ' ἀκμὴν ἐνεργεῖται· καὶ δυνατόν ἐστι γινώσκειν, ᾧ μέλει etc. Oratio turbata, quae videtur posse restitui, si ita scribamus: — οἱ πυρσοὶ, οἷς ἃ ἄρτι μὲν γ., τινὰ δ', ἃ ἀκμὴν ἐνεργεῖται, δυνατόν ἐστι etc. καὶ natum puto ex -ται syllaba, quae antecedit, sicut Athen. 97, e, et 190, b.

Ibidem, §. 6. τῶν δὲ πραγμάτων ἀορίστων ὑπαρχόντων τὰ πλεῖστα διέφυγε τὴν τῶν πυρσῶν χρείαν, οἷον ἐπ' αὐτῶν τῶν νῦν εἰρημένων. ὅτι μὲν οὖν εἰς Ὠρεὸν καὶ Πεπάρηθον ἢ Χαλκίδα πάρεστι στόλος, δυνατὸν ἦν διασαφεῖν τοῖς περὶ τούτου συνθεμένοις. Virgula modo distinguendum post εἰρημένων, tum scribendum est ὅτε μὲν ἂν εἰς Ὠρεὸν etc., facili quidem correctione, cum

α et ου permisceri soleant a librariis, praesertim Polybianis, ut Schw. annotavit ad 44, 1., causam ejus erroris hanc esse dicens ad 1, 75, 5., tomi 5. pag. 324., quod ο et υ litterae propius junctae ita, ut se contingant, litterae α praebeant speciem.

Cap. 44., §. 3. — *ἐν δὲ τούτοις μέσοις ἐμπεπηγέναι ἴσα μέρη τριδάκτυλα.* Deest nomen, quo significetur id, quod infigi Aeneas jussit suberibus. Operose nec verisimiliter Cas. et Schw.: — *ἐμπ. βακτηρίας διηρημένας εἰς ἴσα μέρη τριδ.* equidem malim: *ἐμπεπηγέναι πήγματα ἰσομερῆ τριδ.* vox similis similem vicinam expulerit, ut fieri solet.

Cap. 47., §. 1. Mirifice editores: *Πολλοὶ δὲ γίγνονθ' οἱ πυρσοί.* Imo: *Π. δὲ γίγνονται πυρσοὶ*, vel *οἱ πυρσοί.*

Ibidem, §. 4. *Πηλίκην δὲ συμβαίνει φαίνεσθαι τὴν διαφορὰν ἐπὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων, πρῶτον λεγομένων, καὶ πάλιν κατὰ συνήθειαν γιγνομένων, ἐκ πολλῶν εὐχερὲς τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν.* Schw.: „Si verum est *λεγομένων*, intelligi debebit, quemadmodum Cas. interpretatus est, *quando primum in medium adferuntur*, vel *quando primum proponuntur.*“ Vellem exempla illius notionis *τοῦ λέγεσθαι* attulisset. Id dum fiat, de quo dubito, interea malim legi *πρώτων δεχομένων*, scil. *τὰ πράγματα*, *primum* nova inventa *probantibus* et recipientibus hominibus. Quod subjectum mutatur in verbo *δεχομένων*, non discrepat ab usu Graecorum; persimiles autem sunt Δ et Λ litterae, ut facile permutari possint, nec desunt loca, in quibus γ pro χ, et contra, scripserunt librarii negligentiores.

# Errata et Additamenta.

Pag. 7. versu 13. λαβεῖν. Codices Vaticanus 124., Laurentianus 669. et Parisiensis regius 1648. apud. I. Bekkerum in nova editione Polybii, cujus nunc ipsum prelo exiit volumen 1., ἅμα λαβεῖν. Bekker.: „An ἀναλαβεῖν;"

Ibidem ad c. 14. §. 7. τοὺς αὐτοὺς ποτε μὲν ψέγειν. ita Casaub. libri αὐτοὺς ψέγειν.

P. 8. v. 10. 11. scribendum. „Schweighaeuserum et Bekkerum — tribuentes."

P. 10. v. 5. ὑφ' ἑκ. ita Bekk.

Ib. ad 37, 5. προσέχοντες. Laurent., Augustanus (Monacensis 388.), Paris. reg. προσσχόντες, quod recepit Bekk.

Ib. ad 44, 2. Αἰγούσσαις. ita Bekk.

P. 11. v. 15. August. σαλπικταῖς.

Ib. ad 47, 1. προβραχέων. ita B. (i. e. Bekk.)

Ib. ad 50, §. 6. Pariter B. delevit Ῥωμαίων.

P. 12. v. 2. addendum. „recepit tamen B. αὐτοῖς."

Ib. v. 12. add. „B.: — τόπους, καὶ μᾶλλον [ἐπὶ] τὸν τῆς ἀναβ., πεπεισμένος οὕτω" etc.

P. 13. ad §. 13, 14. „B. auctore Casaubono ἐξ ἐπιθ., ἅτε καὶ στρατοπεδευόντων."

Ib. ad 78, §. 2. B. πρὸς ἔντευξιν αὐτῷ.

P. 14. v. 1. παρηλλαγμένας. sic tamen B.

Ib. ad 80, 4. Omisit B. verba παρ. καί.

Ib. ad 81, 6. B.: κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν.

Ib. v. 19. scrib. C. 82, 1.

Ib. Lib. II. c. 8, 11. v. 8. ἔφη, ταχ. ita B.

P. 15. ad 14, 1. συσσώσωμεν etiam B.

Ib. ad 30, 8. B.: διαφ. ἔχειν, τὴν δὲ Γαλ. ih nota perscripsit Schweighaeuseri interpolationem.

Ib. ad 33, 8. B. in ordine ἐρείσαντας, ut nos. qui cum nihil annotaverit, ἐρείσαντες videtur mendum typothetarum.

P. 19. v. 38. scrib. „Cap. 68, §. 7."

P. 20. καταβαλοῦσαι. sic B.

Ib. ad III, 5, 7—9. B.: προεδεῖ δὲ τὰ τῆς τύχης — ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν, ut Schweigh. scrib. ἀξιόχρεων.

P. 21. ad Cap. 12, 5. scrib.: „Schw. et B.“

Ib. ad 17, 8. v. 3. scrib. „Bavar., quem B. secutus est, utrobique“ etc.

P. 22. ad 38, 4. v. 6. *ἐπί τι τῇ δ.*, quod placuit Bekkero.

P. 23. ad 76, 4. v. 2. *τὰς μέν.* ita B.

P. 25. ad Cap. 2, 3. v. 3. scrib. „Ita Schw. et B.“

Ib. ad C. 3, 3. v. 6. add. „B. tamen *ἀξιόχρεως.*“

P. 26. ad C. 20, 10, v. 3. B. *αὐτῶν.*

P. 27. ad C. 25, 4. v. 2. B.: *τῇ Μεγάλῃ πόλει* et auctore Schw. *μετὰ τῶν Ἰλλ.*

P. 28. ad C. 38, 4. v. 4. scrib.: „quod Schw. accivit, probante B.“

Ib. ad C. 40, 1. v. 2. *φύσει.* B. *φάσει.*

P. 29. ad C. 43, 3. v. 8. „nec dubium videtur quin scribendum sit *τῶν.*“ id in ordine habet B.

P. 30. ad C. 52, 2. v. 2. *τὴν αὐτὴν πρόθεσιν.* B. *τὴν αὐτῶν πρ.*

Ib. ad. C. 65. 6. *ἐξαυτῆς.* B. *ἐξ αὐτῆς.* fortasse hic quoque lapsi sunt typothetae.

P. 31. ad C. 71, 6. v. 2. „quod accepit Schw.“ add.: „item B.“

Ib. ad C. 76, 6, 2. ita scrib.: „Cas., Schw., B.: *τῶ π. βῤ.*“

P. 33. ad C. 11, 2. v. 3. „*ἀκούσασιν.*“ ita B.

P. 35. ad C. 27, 5—7. v. 4. *αὐτῶν.* B. *αὐτῶν.*

P. 37. ad C. 59, 9. v. 4. scrib.: „— *σκαιώμασι*, quod habet B.“

Ib. ad C. 67, 2. v. 8. add.: „B. *καθάπαξ.*“

P. 38. ad C. 84, 4. scrib. *τὸ ἐγκλῖνον.*

Ib. ad C. 85, 12. v. 10. add.: „B. *τῆς βασιλικῆς ἴλης.*“

Ib. ad C. 85, 3. B. *ἀγεννίαν.*

P. 39. v. 5. B. *ἐκτῆσθαι.* Idem: „*παραλόγως?*“ (pro *παραδόξως.*)

Ib. v. 15. add.: „Etiam B. *οἰκεῖος.*“

Ib. ad C. 90, 8. v. 11. add.: „Schw, et B. *ὅσῳ πλεῖστον.*“

P. 40. ad C. 98, 4. v. 12. add.: „Mire B. — *πράξεων ἢ ποιῆσαί τι*“ etc.

Ib. ad ejusdem capitis §. 8. v. 10. add.: „B. — *παθοῦσιν — αὐτοῖς —.*“

P. 42. v. 8. add.: „B. *συνδιοικεῖν.*“

Ib. ad C. 5, 7. v. 19. add.: „B. *κατὰ τοῦτο.*“

Ib. ad C. 9, 7. v. 3. add.: „B. „„*φιλαρχίαν? φιλοτιμίαν?*““

Ib. ad C. 9, 11. v. 2. add.: „B. „„*ποῖ?*““

P. 43. v. 3. scrib.: „Casaub. et B.“

Ib. v. 10. add.: „B. quoque *ἐπαγγελοῦσαν.*“

Ib. ad C. 19, 1. v. 9. add.: „B. *τεσσαρασκαίδεκα*“ etc.

P. 44. ad C. 22. v. 4. delendum est punctum post *σχήματι.*

Ib. ad C. 23, 11. v. 2. add.: „Etiam B. *τοιαύτην.*“

P. 45. ad C. 24, 3. v. 22. add.: „B. *ταξιάρχων.*“

Ib. ad C. 25, 5. v. 17. add.: „Casaubonum sequitur B.“

P. 47. ad C. 38, 2. v. 2. add.: „B.: „„δεκάτην?““

Ib. ad C. 42, 4. v. 3. scrib.: „Cas., Schw., B.“

Ib. ad §. 5. B.: *ἀεί*.

P. 48. ad. C. 44, 8. — *συμβέβηκε. διωσαμένη*. Apud B. vitio, opinor, typothetarum legitur *συμβέβηκεν*.

P. 50. ad C. 7, 2, 3. v. 4. scrib.: „Importunum sane prius *καί*.“

P. 51. v. 6. add.: „Etiam B. *ἡμῖν ἂν γένηται*.“

Ib. ad C. 9, 10. v. 5. scrib. „scribarum *κατὰ* et *μετὰ*“ etc.

Ib. v. 16. add.: „B. quoque habet *ἔσεσθε*.“

Ib. ad §. 12. v. 14. add. B.: „*ποιησάντων δὲ τῶν θεῶν ὑμῖν μὲν κ. ἡμῖν κατὰ τὸν πόλεμον*“ etc.

P. 52. v. 15. B.: — *ἐγένετο. καθόλου γε μήν, εἰ δεῖ μικρὸν* etc., *εἰ δεῖ* pro *ἤδη* auctore Valesio.

Ib. annot. ad C. 13, 5. v. 3. scrib.: „neque arridet nobis, ut Bekkero, Jac. Gronovii conjectura“ etc.

P. 53. ad C. 12, 10. v. 2. scrib.: „Reisk., Schw., B. *μετ' αὐτόν*.“ et v. 3.: „*μετὰ*, seu potius *μέτα*, significare“ etc.

P. 54. v. 11. add.: „B. quoque *αὐτόν*.“

P. 55. v. 5. add.: „ B.: „„*ἐμπιπτόντων*?““

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.

In der **J. C. Hinrichs'schen Buchhandlung in Leipzig** sind unter andern philologisch-pädagogischen Werken erschienen:

**Beck, J. R. G.**, Lexicon Latino-Graecum manuale in us. schol. cum auctario. 8. (32 B.) 1⅓ ℛ.

**Billerbeck, Jul.**, Flora Classica (mit latein. u. griech. Wortreg. der classischen Pflanzennamen). 8maj. 1824. 1⅓ ℛ.

**Bothe, Fr. H.**, die griechischen Komiker. Eine Beurtheilung der neuesten Ausgabe ihrer Fragmente. gr. 8. 1844. geh. 16 gℊ. (20 Nℊ.)

**Cramer's, Andr. Wilh.**, kleine Schriften, nebst G. G. Nitzsch Memoria Crameri. Mit Einleitung, Mittheilungen aus Cramers litter. Nachlasse u. Register herausg. vom Prof. *H. Ratjen* in Kiel. gr. 8. (18¼ B.) 1837. 1⅔ ℛ.

**Cicero, M. T.**, Cato major, Laelius, Paradoxa et somnium Scipionis. Ex rec. Ernesti, in us. schol. Ed. 2. corr. 8. 1823. 8 gℊ. (10 Nℊ.)

—, ad M. Brutum Orator. Ex rec. J. A. Ernesti, in us. schol. Ed. tertia. 8. 1825. 6 gℊ. (7½ Nℊ.)

—, Orationes IV. in Catilinam c. notis in us. schol. ed. E. Antonius. 8. 1827. 6 gℊ. (7½ Nℊ.)

**Euripidis** Alcestis. Cum delect. adnotat. *J. H. Monkii.* Acced. emendatt. editoris *Godofredi Hermanni.* 8maj. 1825. 14 gℊ. (17½ Nℊ.)

**Fiedler, D. F.**, Geschichte des röm. Staates u. Volkes, f. d. obern Classen in Gelehrtenschulen. 3. bericht. u. verm. Aufl. gr. 8. (34 B.) 1839. 1⅔ ℛ.

—, Geographie und Geschichte von Altgriechenland und seinen Colonien. gr. 8. (40 B.) 1843. 2 ℛ.

Ein seit lange sehnlich erwartetes Werk.

**Forbiger, Conrect. D. A.**, Aufgaben zur Bildung des latein. Stils f. die mittleren und oberen Classen in Gymnasien, aus den besten neueren Latinisten entlehnt, und mit gramatischen, lexikalischen, stilistischen Anmerkungen, so wie mit steten Hinweisungen auf die Grammatiken von Zumpt, Ramshorn, Billroth und Krebs (Geist) versehen. Vierte verb. u. verm. Aufl. gr. 8. (16 B.) 1844. 16 gℊ. (20 Nℊ.)

**Graefenhan, Dr. A.**, Grammatica Dialecti Epicae. Vol. I. 1. De alphabeto Graeco, de digammate, de aspiratione, de accentu. 8maj. 1836. geh. 15 gℊ. (18¾ Nℊ.)

**Harwood**, Handb. d. Griech. Alterthümer. 1. Bd. gr. 8. 1811. 2½ ℛ.

**Hase, H.**, kön. Sächs. Hofrath und Antiken-Inspector, Palaeologus. Kleine Schriften meist antiquar. Inhalts. Mit 1 Tafel. gr. 8. geh. 1837. 22 gℊ. (27½ Nℊ.)

**Hoffmann, Dr. S. F. W.**, die Alterthumswissenschaft. Ein Lehr- u. Handbuch für Schüler höherer Gymnasialclassen u. Studirende. Mit Index u. 16 Kpfrtaf. 71 Bog. Lexiconform. 1835. cart. 5¼ ℛ.

**Hoffmann**, D. K. J., die Wissenschaft der Metrik. Für Gymnasien ꝛc. Mit 2 Anhängen: Rhythmik, Musik, deutschen Versbau. gr. 8. 1835. 18 gGr. (22½ NGr.)

—, grammatikal.-latein. Lesebuch für Gymnasien etc. Mit Verweisungen auf die Grammatiken von *O. Schulz*, *Zumpt* u. *Ramshorn*. gr. 8. 1835. 1. Curs. 8 gGr. (10 NGr.) 2. Curs. 10 gGr. (12½ NGr.)

—, methodische Anleitung zum Uebersetzen aus dem Lateinischen ins Deutsche, und aus dem Deutschen ins Latein., gleich von Erlernung der ersten Sprachelemente an, mit besonderer Berücksicht. der Grammatiken von **Schulz**, Zumpt, Ramshorn, Krebs (Geist) u. vollst. Wörterb. 2. Aufl. gr. 8. (19¼ B.) 1843. ⅔ Thlr.

**Jacobitz**, D. K., u. D. E. E. **Seiler**, Handwörterbuch der griech. Sprache. 1. Bd. 1. u. 2., u. 2. Bd. 1. Abtheil. A—O. Lexikon-8. (128 B.) 1839—43. 5⅓ Thlr.

Die gelehrten Bearbeiter dieses vorzüglichen Wörterbuches werden jetzt Alles aufbieten, um die Vollendung des Werks, ohne Eintrag der Gediegenheit und Vollständigkeit, in Kurzen zu bewirken.

**Kaltschmidt**, Dr. J. H., Sprachvergleichendes Wörterbuch der deutschen Sprache, mit den romanischen, asiatischen ꝛc. Lex.-8. 52 Bog. cart. 1839. 4⅓ Thlr.

**Plotrowski**, H., de gravitate Oraculi Delph. commentat. 8maj. 1829. ⅔ Thlr.

**Platneri**, **Frid.**, pro Linguae latinae utilitate in republica litteraria defensio. Cum X excursibus hist.-litterar. instruct. ed Dr. *E. F. Vogel*. 8maj. (11 B.) 1832. 18 gGr. (22½ NGr.)

**Plauti** comoediae III. Captivi, Miles glor., Trinummus. *Ed. F. Lindemann*. Access. de prosodia Plauti libellus. Ed. 2 aucta et emend. 8maj. (24 B.) 1844. 1⅓ Thlr.

—, **Pseudolus**, **Rudens**, **Truculentus**, Academiarum et Scholarum in usum denuo recensuit et explicavit *Fr. Henr. Bothe*. C. Indic. (11½ Bog.) 8maj. 1841. 14 gGr. (17½ NGr.)

**Reinhardt**, Conrector, D. F. H., die Analogieen der von **Buttmann** in der Schul-Grammatik aufgeführten unregelmäßigen griechischen Verba, in tabellarischer Uebersicht dargestellt zum Gebrauche der 3. Gymnasial-Classe. 2 Tabellen. Imp. Fol. 1836. Schreibp. 6 gGr. (7⅛ NGr.)

**Schul-Atlas der Alten Welt**, nach den Schriften der Alten und den Untersuchungen von A. und W. von Humboldt, Gell, Kruse, O. Müller, Reichard, Ritter, Sickler, Ukert u. v. A. angeordnet von *S. F. W. Hoffmann*. 12 Charten und 12 Gedenktaf. qu. gr. 4. 1⅓ Thlr.

**Syri**, Publ. Mimi, similiumque sententiarum collectio a Fabricio congesta; mit metr. Uebersetzung. etc. 2. Aufl. 8. 1834. 14 gGr. (17½ NGr.)

**Terentii** Andria, animadv. cur. *Fickenscher*. 8maj. 1809. 8 gGr. (10 NGr.)

**Tyrtäus** Kriegslieder mit einer neuen metrischen Uebersetzung zum Schulgebrauch herausg. von C. H. **Stock**. gr. 8. 1819. 6 gGr. (7½ NGr.)

**Virgilii Opera** ad optt. libr. fidem edid. perpetua et alior. et sua adnot. illustr. atque Indicem rer. locupletiss. adiec. *A. Forbiger*. III Partes. (106 Bog. compress. gr. 8.) 1837—1839. 4⅓ Thlr.

Eine höchst vollständige und preiswürdige Handausgabe.

**Vitae** duum virorum doctrina et meritis excell. T. Hemsterhusii et D. Ruhnkenii et elogium *J. Meermanni*. *Cur F. Lindemann*. 8maj. 1819. 1 ₰.

**Xenophons** Feldzug des Kyros nach Oberasien, aufs neue verbessert und mit Inhaltsanzeigen, Registern und einem krit. Anhange versehen von Dr. F. H. Bothe. Fünfte Aufl. gr. 8. (16 B.) 1844. 21 ggl. (26 Ngl.)

—, Cyropädie, griechische von demselben. 8. 1821. 1⅙ ₰.

—, griechische Geschichten von demselben. 8. 1823. 1 ₰.

—, Kyropaedie, griechisch. Mit erklärenden Anmerkungen und einem Wortregister herausgeg. von Dr. *K. Jacobitz*. 8. (31⅓ Bog.) 1843. 1¼ ₰.

—, Denkwürdigkeiten des Socrates, griech. von L. H. Teucher. 8. 20 ggl. (25 Ngr.)

---

Bedeutende Preisermäßigung werthvoller philologischer Werke:

**Anecdota Graeca**. E codd. Paris. descr. *Lud. Bachmann*. 2 voll. (63 B.) 8maj. 1828. 5½ ₰., jetzt 2 ₰.

**Cicero** ut fer. Rhetorica et de Inventione c. Notis et Indic. cur. *Fr. Lindemann*. 8maj. 1828. (48 B.) 3⅝ ₰., jetzt 1 ₰.

—, idem lib. in usum schol. ed. (12½ B.) 1829. ½ ₰., jetzt ⅓ ₰.

—, Scripta rhetorica minora. Notis et Indic. illustr. *J. C. Wetzel*. 2 voll. (48 B.) sonst 2½ ₰., jetzt ⅝ ₰.

**Erasmi** Colloquia cum schol. sel. cur. *Stallbaum*. 8maj. (29 B.) 1828. 1⅓ ₰., jetzt ⅔ ₰.

**Hesiods** Gedichte übers. von Schütze. gr. 8. (18⅓ B.) 1818. 1 ₰., jetzt ½ ₰.

**Lukianos'** Werke 1. Gespräche übersetzt u. mit Anmerkungen von Joh. Minckwitz. 8. (32 B.) Belinp. 1836. geh. 2 ₰., jetzt ⅔ ₰.

**Lycophronis** Alexandra. *Ed. Lud. Bachmann*. 8maj. (42 B.) geh. 1830. 4½ ₰., jetzt 3 ₰.

**Mai, Aug.**, die Aegypt. Papyrus. der Vatican. Bibliothek übersetzt von *L. Bachmann*. Mit 3 gross. Lith. 4. 1827. 1 ₰., jetzt ½ ₰.

**Matthiae, Aug.**, Historiae GraecaeCapita praecipua. Ed. 2. 8maj. (28 B.) 1½ ₰., jetzt ¾ ₰.

**Oppiani** Poemata cur. Belin de Ballu. 8maj. (26 B.) 2 ₰., jetzt ⅔ ₰.

**Platonis** Jon ed. *G. G. Nitzsch*. 8maj. 1822. ⅜ ₰., jetzt ¼ ₰.

—, Philebus. Rec. prolegomenis et commentariis ill. *God. Stallbaum*. Ed. nova aucta. 8maj. (29 Bg.) 1826. 2 ₰., jetzt ⅔ ₰.

---